IN
DANIELIS OTTONIS IC.

JUS PUBLICUM

Notæ & Animadverſiones poſtumæ

JO. HENRICI BOECLERI.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ARGENTORATI,
Ex Officina JOSIÆ STÆDELII.
cIɔ Iɔc LXXV.

MAGNIFICO ET
AMPLISSIMO
VIRO
DN. IOH. IACOBO FRIDIO IC.
REIP. ARGENTORA-
TENSIS
SYNDICO
PATRONO SVO.

MAgnâ cum fiduciâ viam ad TE affectat hic Libellus, VIR ET PATRONE

AMPLISSIME: tutelam adverſus cenſuræ publicæ ſeveritatem, & præſidium, quod nec ab Authore ſuo flagitare, nec ab Editore ſperare poteſt, ab inclyti nominis TVI ſplendore mutuaturus. Quippe non ita natus, ut in publico vel ab aliis conſpici, vel à Parente ſuo agnoſcì propriis auſpiciis mereatur; eò ſibi pronius ad clientelam TVAM iter pollicetur, quò ſerio magis atque bona fide Patrocinii TVI indigus, illo neque ad oſtentationem inſtituit, neque ad pompam abu-

abuti. Vnde nec de fama & titulis Authoris ſui quicquam, præter favoris ac amicitiæ Tvæ gloriam ſibi vindicat. Quanquam enim repulſæ quidem ſatis jam hoc uno ſecurus ſit, quod non faſtiditum Muſis Gratiisq; nomen præfert; Quas ex publica celebritate Tibi novit ab admiſſionibus miniſtrare: mavult tamen hæreditario apud Te proprioque adeo jure niti. quo benevolentiā B. Doctori quondam Tvo ampliſſime præſtitam, in reliquias eius, orbasque ac deſolatas neceſ-

ſitudines indulgentiſſime paſſus es devolvi. Poterat fortaſſis & indole argumẽti genium Tuum propitiare: utpote Moris Statusque Publici in Germania noſtra, vel deſcriptionem, vel certe vindicias ſecundum veritatem, complexus: In quo Tv quidem ſtudio quotidie, ipſo rerum negotiorumque tractatu, tot illuſtria exquiſitiſſimæ ſapientiæ ſpecimina conſecras æternitati: non generoſo minus propoſito, quam glorioſo ſucceſſu, Veterum illorum ICtorum æmulus; qui

non

non prius tam excelſi nominis menſuram impleviſſe judicabantur, quàm doctrinam Illorum, exacta Puplici juris ſcientia nobilitaſſet. Verum quo minus hinc de TVA gratia ſibi blandiatur, facile impeditur, tum immaturitate ſua, tum incomptæ, atque inelaboratæ tractationis ſimplicitate: qua ſe probe intelligit ex ipſo Scriptoris alias non infacundi penitus, inſtituto, ad uſum familiarem domeſticæ inſtitutionis, atque adeo longe infra ſtudii occupationisq;, imo,

 ſive-

ſi verius loquendum eſt, e-ruditiſſimi otii Tvi ſublimitatem coerceri. Niſi forte haud injucundam priſtinæ conſuetudinis in animo Tuo recordationem, nativa & ingenua diſciplinæ facilitas excitet: cui jam olim in contubernio τȣ̃ Μακαρίτȣ grande ab exemplo Tuo pretium & decus acceſſit. Cui tamen audaci nimium ſpei ultro renuntiabit, omneque ambitus ſui faſtigium emenſus ſibi videbitur, ſi quocunque Bibliothecæ Tvæ loco in-

ſtar

ſtar votivæ tabulæ extare meruerit, in qua ex veteri formula, Tibi

PATRONO. OPTIMO.
MERITO. LIBENTES.
OPERAS. MVNVS. DONVM.

JO. HENRICI. BOECLERI.
VIDVA. LIBERI. GENERI.

QVI. SE. NOMINI. TVO.
IN. PERPETVVM. COLENDO.
OBLIGARVNT.
DANTQVE. DEDICANTQVE.
VTI. SIES. VOLENS.
PROPITIVS.

LECTORI BENEVOLO
S. P. D.
VLRICVS OBRECHTVS,
Hiſtor. in Vniv. Arg. P. P.

Q*Væ me ad edendas* Bœclerianorum Monumentorum *reliquias, cauſæ impellant, aliis in locis prolixius indicavi: unde huc repetere, id vero nihil aliud foret, quam in prologis ſcribundis operam pariter meam, & Tuam patientiam abuti. Vnum tamen hic ſeorſum & peculiariter es monendus: quod, ſi tacitum relinqueretur, verendum erat, ne ratio, quam in publicandis* Animadverſionibus *iſtis*

ſumus

ſumus ſecuti, illorum quoq; reprehenſionem incurreret, qui noſtrum in cæteris conſilium & laborem, hactenus quidem non improbarunt. Non enim deerunt, qui, cum diſciplinæ inſtitutionisq; privatæ genium ad familiaris prorſus, ac qualis inter Amicos inſtitui ſolet, collocutionis humilitatem depreſſum, cæteraq; quæ in hac Commentatione *vel Authoris nomine, vel iſtâ literarum ac ſeculi luce parum digna deprehendẽtur, utilitati captuiq; proficientium condonanda conceſſerint; indulgentiore tamẽ*

& mi-

& minus acri cenſurâ, cum Ottonis, Viri alioqui non incelebris, & de ſtudiis inprimis Civilibus ſatis præclare meriti, erroribus decidendum fuiſſe, judicabunt. Qui ſi hoc quidem dicere volunt: in dijudicandis aliorum operibus, ſententiisq; examinandis, adde & redarguendis erroribus, remoto omni obtrectandi detrahendiq; ſtudio, inprimis eſſe vitandum, ne quis inde judicij aut doctrinæ gloriam recipiat, unde alteri infamia paratur; non me tantum, ſed B. Socerum præſertim meum, inter pertinaciſſimos huius opinio-

pinionis ſectatores adſcribãt. Vt inuicem nobis largiantur, quod à L. Torquato, cum ſententiam Epicuri de voluptate defenderet; M. Tullius, paulo in Epicurum vehemẽtius invectus, obtinuit: fieri nullo pacto poſſe, ut non dicas, quid non probes eius, à quo diſſentias: nec diſſentientium inter ſe, reprehenſiones eſſe vituperandas. Maledicta, contumelias, tum iracundias, contentiones, concertationesq; in diſputando pertinaces, demũ indignas Sapientum ſtudiis eſſe habendas. Denique ut

cum

cum iracundia aut pertinacia recte diſputari nequit; ita ſine reprehenſione omnino diſputari non poſſe.

Quanquam minus valida ratio, ſeveriores, quæ pro veritate, diſputando, quam quæ docendo agitantur, concertationes tuetur. quas, niſi cãdor & ingenuitas docentis moderetur, expectandum vix erit, ut ſucceſſus diſciplinæ, vel diſcentium utilitas commẽdet: quos non graviter aut frequenter minus ad illos ſcopulos offendi vel obhæreſcere ſolenne eſt, qui diſsimulantur, quam qui ſuis propriis ac genui-

nuinis nominibus non indicantur. Multa Iudici, quantumvis duro rigidoq́; in erroribus mortalium emendandis obveniunt, quibus vel ignoſcere, vel connivere, ſi non alia errantium merita, ipſius certe humanitatis intuitus jubet: quæ cordatum Monitorem, Amicis, inſtituendæ vitæ conſilium vel exemplum flagitantibus, detegere, nulla religio vetat. Neq;, ſi quis à me itineris regimen expoſcat, in quo Vir quidem bonus, & præclarus cætera artifex, ſed viarum & quæ vias implicant, anfractuum imperitus, aut non ſatis providus, infelicioris vel moleſtioris profectionis reliquit veſtigia; in ſimilem errorem omnes, quos non deterruerint, ſeductura: injuriæ aut acerbitatis adverſus quenquam verebor inſimulari, ſi fidi comitis munio ſuſcepto, ei qui ſe ductui meo credidit, porrectâ veluti dextrâ ſuggeram: hanc per avia & præcipitia orbitam, vehentis imperitia, illam incogitantia ſignavit: illâ ſemitâ felicius expeditiusq́; decurſurum animus; hâc, idonea præſidia deſtituêre. hîc inutilis mora cunctabun-

dum

dum retentavit, hîc incautius arrepta opinio ſecurum fefellit, hîc laboris non conſulta ſatis adminiſtratio imparatum ſupplantavit. Talia utiq; aut his ſimilia, ſicut in univerſa rerum civilium ſcientia, ita in eo præſertim ſtudio, quod jura & notitiam Status publici, prout bene aut ſecus tractatur, illuſtrat ornatq;, vel pervertit aut corrumpit, ſubinde proficientibus ingeminari, non eruditi tantum probiq; Doctoris, ſed boni civis officio congruit. quoniam qui hîc ſeducuntur, plerumque non ſibi aut ſcholis, ſed Patriæ, publicæq; ſalutis diſpendio aut periculo labuntur. Quod mihi quoq; ſpero apud eos præſidio futurum, qui qualiacunq; egregii publici augmenta boni conſulunt: quibus ut in communia proficientium commoda minime parcus aut invidus hinc agnoſcar: jam quacunq; imperitorum aut iniquorum hominum obtrectatione cupiam depeciſci. Scribeb. Argentorat. Prid. Non. Mart. cIↃ IↃc LXXV.

J. H. Boecleri
in
Danielis Ottonis
Jus Publicum
Notæ & Animadverſiones:

In Jus Publicum Prolegomena tractata ſunt

I.

D*E nomine juris publici* ex *Inſtitutionibus* ſumto, quod explicat *Sinold* Schütz *Collegio Iuris publ. Volum. 1. diſp. 1. theſ. 3. in exegeſi*, & brevius *Reinkingk. l. 2. claſſ. 2. c. 6. §. 1. & 2.* ſc. ab objecto i. e. rebus ad reip. ſtatum ſpectantibus. Publica enim ſunt, quæcunq; hic agentur, primo ac directo, non per conſequentiam:

II. *An jus publ. in Scholis doceri & diſci debeat?* De qua quæſtione egit *Limnæus in Iure Publico. l.1. c.2. & Sin.* Schütz *volum 1. diſp.1 theſ.1. lit.C.*

III. *Vnde Ius publicum ſit petendum?* Quæritur nominatim: *an ex Corpore Iuris Privati?* Negantium ſententia veriſſima eſt: imo impoſſibile eſt, ut ex Corpore Legum Civilium repetatur, in quo pauca ſunt huc ſpectantia. vid. omnino quos *Limnæus* laudat, & quas rationes affert. *I.P. l.1. c.3.* Addatur *Hermanni Conringij diſſertatio ſive præfatio præfixa libello Taciti de mor. Germ.*

In CAP. I.

Pag. 4. & 5.

Danielis Prophetiam de IV. ſummis Imperiis plurimi explicarunt Commentatores: deinde & alii: inter quos eximia eſt opera *Ioh. Sleidani in lib. eleganti de IV. Monarchiis* & in 2. *orationibus ad Carolum V. & Ordines Imperij ſcriptis.* Hic enim fere cordate & caute in hoc argumento verſatur. Addi poſſunt *Gabriel Barliettus*, & *Chriſtophorus Helvicus*, apud *Goldaſtum in politicis Imperialibus parte* 8. Excoluit etiam hanc rem ex communi ſententia

tentia *Chriſtianus Matthiæ in hiſtoria univerſali, ſive tractatu de 4. Monarchiis.*

Diligenter autem notandum, vocem *Monarchiæ*, ut ſignificat *ſingulare unius Imperium*, neque ex Sacris literis, neque ex alio fundamento hiſtorico adſtrui poſſe. Ita videmus Romanum Imperium à pleriſque, idque merito pro quarta Monarchia haberi, ab eo tempore, quo Græcorum Imperium concidit. i. e. Quo tempore Roma non erat ſub Monarchico Imperio, ſed Polyarchico.

De Aſſyriorum Regno hiſtoria ipſa repetenda eſt ex melioribus ſcriptis. ex. gr. *Petavij Rationario Temporum, parte prima l. 1. c. 2.* & de redivivo ac poſteriore Aſſyriorum Imperio *partis 1, l. 2. c. 6.* Adde *part. 2. l. 2. c. 3.* & *Ruperti Obſervationes in Synopſin Beſoldi c. 3.* Confer etiam *Annales V. T. Vſſerij*; quantum ad Chronologiam: & *Iacobi Saliani.* Comparatio *Reuſneri,* quæ *pag* 8. 9. 10. 11. 12. affertur, non adeo accurata eſt; Recipiunt enim hæc varias explicationes, neque carent interdum dura contorſione quæ incautius afferuntur. Quare Scriptura ipſa ſubſiſtit in complexu ſeu ſumma ſimilitudinis, nec ad ſingula progreditur.

Idem judicabis de comparatione ad Regnum Perſicum mox ſpectante.

Quæ *pag.* 13. *& ſeqq. de Imperio Perſico* narrantur, rectius repetes, quantum ad Perſei quidem ſtirpem, ex *Petavij Rationario part.* 1 *l.* 1. *c.* 8. Quantum ad Medos *parte* 1. *l.* 2. *c.* 4. Quantum ad Regnum Perſicum ſpecialiter ſic dictum, *parte* 1. *l.* 2. *c.* 11. *parte* 1. *l.* 3. *c.* 1. 5. *&* 14. Adde *part.* 2. *l.* 2. *c.* 14. *l.* 3. *c.* 4. 6. 8. 10. 11. 12. & *Ruperti Obſervationes ad Beſoldum c.* 5. 6. 7.

Quæ de cætero hic annotantur *de rebus Perſicis*, non tam ex *Keckermanno*, quàm ex *Briſſonij* elegantiſſimo libro *de Regio Perſarum Principatu* peti debent.

Imperij Græci hiſtoria & ſucceſſiones regum ex Scriptoribus hiſtoriæ univerſalis peti debent. Inprimis autem de tribus his prioribus Monarchiis nobiliſſimum & uberrimum opus extat *Reineri Reineccij* ſub titulo *Hiſtoriæ Iuliæ, ſive Syntagmatis de tribus prioribus Monarchiis.* Adde *Petavij Rationarium Temp. parte* 1. *l.* 3. *c.* 14. *l.* 4. *c.* 5. 8. 9. 13. 15. *part.* 2. *l.* 2. *c.* 14. ubi habes ſeriem regum Macedoniæ & Chronologiam *l.* 3. *c.* 12. 13. *Rupertum in Obſervationibus in Synopſin Beſoldi c.* 8. 10. 11. 12. 13. ubi etiam alia regna celebriora ſub tertia

hac

ſhac Monarchia. vid. etiam ſi placet *Calviſii Chronologiam.* Comparationes *Reuſneriana* in multis rebus duriſſimæ ſunt, & præter Scripturæ S. mentem. Similitudines enim duæ animalium in Scriptura, ad quaſdam proprietates animalium ſpectant, neque per omnia corporis membra extendi debent.

Quarta Monarchia, Romana ſcil. plurimos nacta eſt *Scriptores*, de quibus alibi abunde agitur. Scrupuli Chronologici iterum ex *Petavii Doctrina Temporum & Rationario* peti debent. Ille etiam in *hiſtoria univerſali Doctrinæ temporum* ſubjuncta, & ad quinque ſecula poſt Chriſtum natum perducta, ſeriem Chronologicam Monarchiarum exhibet. Nam de *Calviſio* & *Ruperto* jam diximus.

De *initio quartæ Monarchiæ* certum eſt id debere repeti à caſu regni Macedonici, ſicut alii abunde demonſtrarunt.

In CAP. II. pag. 36. 37. 38. 39.

Tumultuaria ſunt & nihil accurati habent, quæ hic adferuntur; Quæ forte rectius omiſiſſet; aliunde enim hæc repetenda ſunt: & *de Chronologia quidem urbis conditæ,* videatur omnino *Petavius* cum

in majore opere *de doctrina temporum* *lib.* 9. *c.* 45. *&* 46. *& ſeq.* tum in *Rationario temporum parte* 1. *l.* 2. *c.* 7. *part.* 2. *l.* 3. *c.* 2. Ipſa hiſtoria conditæ, & à primis Regibus gubernatæ Urbis ex fontibus repeti debet.

Quantum ad ſplendorem & magnitudinem urbis Romanæ attinet, hæc partim repeti debent ex *Iuſti Lipſii* opere *de admuranda magnitudine Romana*, partim ex *Iulii Cæſ. Bulengeri* opere *de Imperatore & Imperio Romano*.

In CAP. III pag. 40. 41. 42. 43. 44. 45.

Rurſum ex fontibus repetenda: neque quicquam accurati hinc expectandum. *Reges* cum vulgo non accurate dicuntur *Magiſtratus*.

De forma ſive ſtatu reip. *pag.* 42. abſurde loquitur, non uno modo: *An enim* e. g. *democratia facta eſt, cum alter Conſul è plebe crearetur?* Vera ſententia hæc eſt. I. Diſputatur de ipſa Regum poteſtate, *an fuerint vere & abſolute Reges; An vero ſtatus obtinuerit ex regno & populari Imperio mixtus?* Vid. *Grotius de I. B. l.* 1. *c.* 3. §. 20. II. Poſt expulſos Reges cum primi Conſules omnia jura Regum accepiſſent, Ariſtocratia potuit

tuit videri. Sed quia illi ipſi primi Conſules ſtatim communicabant jura ſummæ poteſtatis cum plebe, hinc mixtus ſtatus ex Ariſtocratia & Democratia factus eſt: ſicut amplius oſtendimus *ad l.1. Tac. c.1. annot.* 1. III. Quæ interceſſerunt extraordinariȩ mutationes, à prudentioribus non ſolent attendi: Neq; varietates temporum de ſumma rei aliquid mutant, niſi quod IV. à temporibus Gracchanorum tumultuum, per Oligarchica & Ochlocratica certamina, ad veras Oligarchias & bella civilia perventum eſt: Donec V. ad Monarchiam veriſſimam Cæſarum ſub Auguſto omnia reducerentur.

Ipſa Cæſarum Monarchia plura habet intervalla & illuſtres epochas: Præſertim à diviſione Imperii in Orientale & Occidentale, ab occaſu ſive interitu Occidentalis Imperii, à Regno Italiæ, à temporibus Carolinis, unde per Carolum M. ad Germanos demum incipit pertinere Majeſtas Imperii. Sed & inde ab Ottonum temporibus incipit nova ſeries; ut & à Caroli IV. temporibus: unde jam propius jus noſtrum publicum repetitur, ſicut infra demonſtrabitur.

*Pag.*43. Pudenda eſt confuſio Patriciorum veterum, cum Patriciatu à Conſtantino M. inter aulicas dignitates recepto: neque nobilium & patriciorum diſcrimen recte traditur: quis enim neſcit totas familias plebeias inter patricias repertas eſſe? Ita *pag.* 44. *&* 45. officia patriciorum & plebis, non una ambiguitate nec ex fide hiſtoriæ recenſentur, facta etiam confuſione patriciorum & plebis, ut ſunt patricii & plebs, ſicut & ſub regibus fuerunt; & ut patricii partem ſummæ poteſtatis, & ples partem tenebat. Denique quis dubitare poteſt, hæc ex melioribus doctoribus repetenda eſſe?

*Pag.*46. Parum accurate *Senatores* referuntur inter *Magiſtratus.* Nunquam enim Senatores poſſunt dici *Magiſtratus* ſed Senatus.

Ead. Pag. Imperite Decuriones qui vicem Senatorum in coloniis & municipiis obibant, cum Senatoribus Romanis confunduntur.

Pag. 47. Deſcriptio Senatus Romani falſa ex *Althuſio* repetitur. ſicut & illud falſum eſt, Senatum Romanum ſemper repræſentaſſe totum populum. Non miran-

randum eſt quod in *Feneſtellæ* nomine ſemper errat. Verus enim *Feneſtella* nullus extat: Libri autem illius *de Magiſtratibus Romanis* verus author eſt *Andreas Dominicus Floccus Florentinus.* Videatur omnino *Gerh. Ioh. Voſſ. de Hiſtoricis Latinis l.1.c.19.* ſub finem.

*In pag.*49. parum intellexit *libertatem Senatoriam.* de qua alibi.

Eadem pag. Simulacra Principum Romanorum in Senatu conſulendo, non eſt aſſecutus.

*Pag.*51. *&* 52. *&* 53. *de poteſtate Conſulum* omnia confundit, & ſibi ipſi contrarius eſt. *De Chronologia* in Valerii conſulatu nihil dicam: ſed ſi Conſulum poteſtas jam tum per Valerium diminuta eſt, quomodo potuit Reip. tot incrementa parare? Quomodo temporibus Polybii tanta fuit Conſulum poteſtas: cum ſub primum ſtatim ortum hujus Magiſtratus, jura majeſtatis cum populo eſſent communicata? Quid eſt opertis oculis corripere quædam in rhapſodiam, ſi hoc non eſt?

Nec melius rem gerit in Prætoribus, ſicut partim notavit *Limnæus p.*55. Nihil enim diſtincti ordinatiq; de primis Præ-

toribus & de illis, qui ſub Principibus fuerunt, traditur.

Pag. 56. Ludibrium debet eruditis, quando rem vetuſtiſſimam, ex *Zonara*, homine Græculo ſequioris ævi, quique nihil habet, quod non ex Antiquioribus deſcripſerit, repetit. Sicut *pag.* 62. ex *Clapmario*, *Richtero* & aliis ſc. longinquis rivis repetit ea, quæ ex fontibus haurienda erant: Et *pag.* 63. ex *Zaſio*. Sed hoc perpetuum ipſi eſt. Non concedi poteſt comparatio. *pag.* 65. quod ſic Conſulibus Cenſores adjuncti, ſicut Dictatoribus Magiſtri equitum. Sed cum vulgo ſcil. loquitur, & ſentit in his, non cum accurate doctis. Repetenda ergo, hæc omnia ſunt, ex illis qui fontes adierunt. Et *de Senatu* quidem *Romano* egregius extat *Commentarius Caroli Sigonij*, ſub titulo *Ioh. Zamoſci*. *De Magiſtratibus* autem *Romanis* brevibus libellis egerunt *Lipſius*, *Brevotius*, *Ioachimus Perionius*: In majoribus operibus *Carolus Sigonius*, *de antiquo jure civium Romanor. & Provinciarum*; *Wolffgangus Lazius de Rep. Rom. Iul. Caſ. Bulengerus de Imperatore & Imperio Romano. Iacobus Gutherius de officiis domus Auguſtæ ſub Imperatoribus.* His addi poteſt, & ad

prom-

promptiores uſus requiri *Chriſtophori Adami Ruperti commentarius ad Enchiridion Pomponij.*

De *Polybii* diſſertatione quæ *pag.*51, laudatur, notandum eſt; Illam inſtitutam eſſe, non judicio pragmatico, ut ſtatus Rom. forma erat, ſed ex hypotheſi panegyrica, ut laudari poſſe Remp. Romanam credebat. De quo genere Scriptorum alibi agitur.

In CAP. IV.

De Iulii Cæſ. poteſtate & cæde, ejusq́, cauſis & jure, ex veris fontibus omnia repetenda ſunt, quorum ignorantia ubique hic apparet: Ut & in iis quæ *pag.* 68. 69. 70. *de Auguſto* adferuntur, ubi 1. confuſio fit temporum. Nemo enim negat Auguſtum ab initio fuiſſe invaſorem, ſed quod poſtea jus pleniſſimum nactus ſit Senatus Populiq; voluntate, & quod omnia jura majeſtatis in ipſum vere ſint tranſlata, pridem præclare oſtenderunt viri eruditi. Vid. *Antonium Auguſtinum de LL. & Sc. & Chr: Ad. Ruperti Animadverſiones ad Enchiridion Pomponii l.* 1. *c.*12. ubi etiam Lex Regia exhibetur. Ridiculum prorſus eſt, quod locum *Dionis l.*53. unde res præclariſſime demonſtratur, in contrariam partem adducit.

De

De diviſione Imperii in Orientale & Occidentale, non opus eſt mutare communem ſententiam de Inſtituto Conſtantini. Quippe faſtigium Urbis Conſtantinopolitanæ non parum ad hanc rem contulit. Vid. *Wolffgang. Lazius l.1. reip. Rom. cap.1. de Aquila* autem *bicipite* recentioris notæ ſtylum agnoſcas.

Quæ pag.77.& ſeqq. *de donatione Conſtantini* diſputantur, hodie non magnum habent uſum: Quando ſine adverſario pugnatur. Agnoſcunt enim vanitatem commenti ipſi Pontificii & inter eos *Baronius ad A.C.324.num.*1018.

In CAP. V.

Non accurate ab initio dicitur: *Occidentale Imperium eſt Romano Germanicum.* Patet hoc, ſi conferantur quæ ſupra dicta ſunt: *pag.*70. & quis neſcit Occidentale Imperium appellatum eſſe antequam ad Germanos perveniret.

Ad hanc quæſtionem *de tranſlatione Imperii ad Germanos*, vulgari modò hic reſpondetur: Accurate autem & ex fide hiſtorię res tota pertractatur à *Conringio* volumine peculiari *de Imperio Romanorum Germano.*

Quod

Quod *pag.* 87. quæritur: *an ſuperiorem agnoſcentes, recte utantur ea formula*: NOS DEI GRATIA? Ad principes Germanicos ſpectat. Quia autem illi in ſuis quiſque provinciis jura majeſtatis habent, dubitatio facile eximitur. Certum enim eſt illam formulam ab initio uſurpari cœpiſſe, ad ſignificandam poteſtatem nemini obnoxiam. Sicut explicavimus in *diſſertatione de auſpicio Regio c.* 3. *pag.* 241. Quæ vero *de poteſtate Pontificis in omnes Principes & Imperatores affectata*, hic annotantur *uſq; ad pag.* 100. longe rectius & uberius peti poſſunt ex illis authoribus, Theologis, JCtis, Politicis, qui ex profeſſo Pontificis iſtam ambitionem impugnarunt, collecti à *Goldaſto* in opere trium voluminum, cui tit. eſt *Monarchia S. Romani Imperii.* Ad quaſtionem *pag.* 100. motam, rationes afferuntur ſane non validæ, & ultra comparationes quaſdam & exempla, vix quicquam ſolidi habentes. Solidiora ſunt, quæ *Conringius* ſubminiſtrat *de Germanor. Imperio Romano. cap.* 10 *& ſeqq. uſque ad finem.* Et in opere *de finibus Imperii Germanici l.* 1. *c* 9. *& l.* 2. *c. ſt.* totius operis 19.20.21.22.23. Tractat hanc quæſtionem etiam *Limnæus de jure publico*

*publico l.*1. *c* 4. Ubi partim vulgaria iſta argumenta repetit, quædam partim melioris genii interſpergit; Vid. & *Additiones, in utroque tomo.*

In CAP. VI.

Quæ *pag.* 106. *de finibus Imperii Rom. Germ.* ſeu territorio eius, ut ipſe loquitur, adferuntur, & in *ſeqq.* amplificantur, non ſunt accurata. Itaque *Conringius* hoc argumentum *de fin. Imperii* ex profeſſo tractandum ſuſcepit, & ſingillatim omnia demonſtravit.

Quæſtionem illam *p.*108. motam abſurdam eſſe etiam *Grot.* notavit *l.* 2. *I. B. c.* 22. §. 13. Quantum 1. Erraverint, qui textum illum *L. deprecatio* 9. *ff. de leg. Rhod. de jactu*, huc traxerunt, oſtendit doctiſſimus JCtus *Strauchius* in commentatione *de Imperio maris ad illam legem c* 3. Addi poteſt *Arniſæus de jure majeſtatis l.*1. *c.*2. & *Limnæus l.*2. *I.P.c.*8.

Quæ pag.115. *& ſeqq. de Germania & Germanis* adferuntur, tumultuaria fere ſunt, ut ſolet hic Scriptor. Ubi etiam quæ ex *Beroſo Annii* affert, ſolitæ vanitatis manifeſta ſunt, ipſiusque *Ottonis* ignorantiam non uno nomine oſtendunt: ſicut & ridicula

dicula collectio nominum. Plenius unde hæc peti ſoleant, reperies apud *Linnæum I.P. l.1. c.6. & in additionibus utroque tomo.* Pleraque tamen ejusmodi collectaneorum examinatione opus habent. Occurrunt etiam in *quæſtionibus Berneggeri ad Tacitum* quædam huc pertinentia. De *Aſcenate & Thogerma*, erudita ſunt quæ conſignavit *Samuel Bochardus in Geographiæ ſacræ parte priore.l.3.c.9.& 11.* Alias notum eſt res Germanicas & Gallicas ex iiſdem fere fontibus peti, adeoque Scriptores rerum Germanicarum & Francicarum conjungi debere. Et quia plurimum juvat ſcire illos Scriptores, annotabimus hic quendam quaſi indicem.

Scriptores ergo *rerum Germanicarum* in unum opus collegit

Iohannes Piſtorius 3.tomis.
Iuſtus Reuberus uno tomo.
Marquardus Freherus 3.tomis.
Chriſtianus Vrſtiſius 1.tomo.
Schardius 4.tomis.

Præter ſingularum gentium Annales E.g. Bavariæ, *Ioh.Aventini*, Saxoniæ *Fabricii* & hujus ejuſdem Saxoniæ, tum Wandaliæ, Daniæ, Sueciæ, Norvegiæ, *Cranzii* &c. Huc enim pertinent omnia etiam

ſingu-

ſingularum urbium Chronica, inprimis etiam introductionem quaſi ad res Germanicas habet *Lehmanni Chronicon Spirenſe*. Corpus *Scriptorum hiſtoriæ Francicæ* 5. tomis ediderunt *Andreas du Cheſne* & Filius *Franciſcus du Cheſne*.

In CAP. VII.

Quæ ab initio hujus capitis uſque ad *pag.* 128 ex generalibus politicis adferuntur *de numero formarum, de præſtantia, de mixturâ earundem*; rectius aliunde repetuntur. Qua in re præter notos politicos, etiam *Grotii* inſignis extitit opera *l.* 1. *de I. B. c.* 3. *Otto* hic ſuo môre authoritates nominum præter neceſſitatem, aut idoneas cauſas, ſine ullo delectu cumulat, libroſque nunquam ſibi viſos lectoſque varie deſcribit, adeoque deteriora facit, quæ aliunde acceperat.

Pag. 127. Etiam *Lipſii* verba, quæ ipſi adverſantur incaute, tanquam pro ſe adfert.

Sola eſt quæſtio huc pertinens, quæ proponitur *pag.* 128: *De Statu Imperii hodierni*. Hæc inquam eſt quæſtio capitalis juris publici. Varie autem formant ſtatum hujus quæſtionis: *Otto* ſic: *An ſtatus Imperii*

Imperii hodierni, ſit monarchicus vel Ariſtocraticus, aut mixtus? Limnæus ita I. P. *l.* 1. c. 10. §. 11. *Qualis ſit noſtri Imperii ſtatus, an ſimplex, hoc eſt Monarchicus vel Ariſtocraticus, an mixtus ex utroq;? Arumæus tomo I. I. P. diſcurſu* 1. *Num ſtatus Imperii hodierni ſit Monarchicus, vel Ariſtocraticus, aut mixtus? Reinkingkius* in tractatione hujus quæſtionis miſcet comparationem temporis. *An Imperii hodierni ſtatus æq; nunc ſit, ac olim fuit Monarchicus?*

Facile autem fuit *Bodini* ſententiam refutare; falſam quippe, aut non niſi figuratâ locutione admiſſam à nonnullis; qui ſc. Ariſtocratiam in Imperio Romano præponderare exiſtimârunt. Videamus tamen quomodo reſpondeat *Bodini* argumentis *Otto*. Quando enim 1. *Bodinus* laudat Electoris Moguntini vocem, *Ariſtocratiam Germanis præcipuè retinendam* apud *Sleidanum l.* 1. reſpondet *Otto*: *hoc accipiendum eſſe, non de ſtatu Imperii, ſed de adminiſtratione*; id quod parum congruit inſtituto Electoris, qui nihil aliud voluit dicere, quam *nobis danda eſt opera, ut in mixto Imperii ſtatu, pars Ariſtocratica valeat, nec à Monarchica parte abſorbeatur.* Hæc vera & plena eſt explicatio, à qua plerique

que ad aliena declinarunt. 2. Cum *Bodinus* dicit: *de Monarchia Romanorum nihil hodie ſupereſſe noſtro Imperio*, fruſtrà forte multa verba fiunt *de modo & menſura Imperii, p.136. Bodinus* enim hic ad appellationem monarchiæ Romanorum & veteri exempli convenientiam reſpexit. 3. *Bodinus* argumentabatur *p* 129. *non eſſe proprie monarcham, qui in leges Imperii juravit*, ſive qui legibus Imperii tenetur. Hic *Otto* reſpondet; *pag.*136. & 137. ab inſtantia aliorum Principatuum, & *omnes Principes in certas leges jurare* ait. Sed meminiſſe debebat, hanc reſponſionem vagam eſſe; Judicandum enim eſt ex formula illarum legum, quibus Princeps tenetur, ſive ex formula obligationis. Si enim illis legibus pars aliqua ſummæ poteſtatis Principi adimitur, aut cum aliis communicatur, non poteſt ille Princeps proprie dici monarcha. Nota etiam in *pag.* 137. fere adferri ſuſpecta teſtimonia ſive authoritates eorum, qui omne jus Regium oppugnant, atque ut hoc ſpecioſius facere poſſint, omnes regni differentias confundunt. Quod fieri non debere *Grotius* notavit. *I.B. l* 1. *c* 3. § 20 Tales ſunt *Iunius Brutus ſeu Vindiciæ contra*

Tyran-

Tyrannos, *Hottomanni Franco Gallia*, *Buchananus de Regno*. &c. Igitur & illa reſponſio aliena eſt, quando *Otto* ait: *Imperatorem teneri lege regni ſive Capitulatione, non ut lege civili, ſed ut pacto.* Hactenus enim nihil intereſt ſi iſta; ſive lege ſive pacto pars ſummæ poteſtatis adimitur, aut communicatur. Nam nec ille monarcha proprie loquendo eſſe poteſt, qui pacto aut conventione abdicavit ſe parte ſummæ poteſtatis. *Quartum Bodini argumentum* erat: *Qui nec leges ferre, nec fœdus facere, nec bellum aut pacem decernere, nec vectigalia, aut tributa imperare ſolus ſine conſenſu Ordinum ſive Statuum Imperii poteſt: Ille non eſt proprie dictus Monarcha.* Reſp. *Otto* per inſtantiam, ita *nec Regem Galliarum, Hiſpaniarum, magnæ Britanniæ Monarchas fore, quibus & ipſis opus ſit conſenſu ordinum, in ejuſmodi juribus majeſtatis exercendis.* Sed non diſtinguit *Otto* conſenſum *conſilii*; adeoque non neceſſarium ad eſſe rei; ſed ad bene eſſe; Et conſenſum *neceſſarium*, & qui efficaciam habet ex. gr. in legibus condendis & cæteris; adeoque ad eſſe rei pertinet: Prior conſenſus eſt cauſa inſtrumentalis: Poſterior cauſa principalis. Uter autem ex his Romano Impe-

 ratori

ratori ſit neceſſarius, diſerte loquuntur leges Imperii & præſertim *Capitulationes Cæſareæ.* Vide *diſſertationem de voto Imperatorio pag.* 12. *&* 13. Prior conſenſus nihil impedit jura Regia; Poſterior notat, illa jura majeſtatis non eſſe penes unum. Quod autem *pag.* 140. *Otto* affert: *Imperatori in ſignum ſupremæ poteſtatis multa ſingularia reſervata eſſe, ut Academias erigere; Principes & Reges creare aliaq; permulta*, illud parum erudite vel explicatur; vel applicatur. Vera explicatio hæc eſt: *Imperator ſolus facit Academias, creat Principes, Duces, Comites, nobiles ſolus, Ergo Imperator partem juris nomothetici ſolus habet, partem autem in condendis legibus univerſalibus cum Ordinibus communem.* Id quod contra *Bodinum* hactenus valet, ut oſtendat *Statum Imperii noſtri non eſſe Ariſtocraticum, ſed mixtum*, quæ vera eſt ſententia. Quod porro addit *Otto eadem pagina: ſpecies rerumpubl. à parte præeminente merito vocari*, in eo notandum, 1. Nondum inter ſcriptores Juris publ. convenire, quæ pars præponderet, monarchica an Ariſtocratica? *Deinde*, non admitti poſſe regulam, ſi vocabula in præjudicium rerum adhibeantur. *Quintum argumentum Bodini de Iuris-*

dictio-

dictione Cameræ in Imperio eſt altioris indaginis. Videatur præſertim *Ioh. Strauchii exercitatio exoterica ultima, & de jurisdictione Cameræ Limnæus l 9. I.P. c. 2.* De *Sexto Bodini argumento* diximus aliquid in *Diſſertatione de judiciis pag.62.& 63.* unde forte hæc quæſtio illuſtrari poteſt. In *ſeptimo Bodini argumento* nulla vis ineſt. Neq; tamen confugiendum eſt ad diſtinctionem novitiam *penſionis* & *tributi*, quam affert *Otto p.142.* Solvit hunc nodum *Grotius de I.B. l.1.c.3. §.22.* *Octavum* quoq; *Bodini argumentum* leve eſt, & à *Grotio* profligatum, quando oſtendit falſum eſſe illud, *conſtituentem & eligentem ſuperiorem eſſe conſtituto & electo de I B.l.1.c.3.§.8.*

Facile inquam eſt hæc argumenta *Bodini* ſolvere, cujus ſententiæ nemo accedit. Non eadem autem facilitate probat ſententiam, quam probare vult de monarchico Imperii ſtatu. *Primum* enim *argumentum p.132.* frivolum eſt, nec ullius momenti. Si enim nec olim, cum adhuc Romanum Imperium potentia floreret, verum fuit de Imperatore, quod hic affertur (ſicut oſtennderunt *Grot. de I. B. l.2.c. 22. Arniſ. de Iure maj. l.1.c.1. Iacobus Gothofredus ad legem deprecatio 9. Dig eſt*

Digeſt. ad l. Rhodiam de jactu) multominus verum erit de Imperatore Germanico; Ut taceam male explicari verba Germanica, quæ nullum alium ſenſum habent, quam: *Quicquid ad Imperium Romanum per totum terrarum orbem ullibi pertinet.* In *ſecundo argumento* minor petit principium, hoc enim ipſum eſt quod quæritur, *an in Imperio ſuprema poteſtas ſit penes ſolum Imperatorem.* Idem vitium committitur in *argumento tertio pag.* 133. Minor enim neganda eſt, & contrarium docuêre *Limnæus & alii.* Adſperguntur quidem varia vage & inerudite. ex. gr. *Petere inveſtituram*, inquit, *eſt ſignum ſubjectionis*: ſi ſubjectio proprie ſumitur de eo, qui ſummæ poteſtati ſubditus eſt, falſa eſt hæc regula: Vaſallus enim petit inveſtituram à Domino feudi. Vid. *Grot. de I.B. l.1.c.3 §.23.* ſi vero qualiscunq; ſubjectio accipitur, jam nihil diminuetur de jure Ordinum. Abuſiva enim eſt locutio & impropria.

Jam quando fateri cogitur: *Ordines multa majeſtatis jura à Cæſ. communicata habere*, fruſtra addit: *Non tamen tantam illorum eſſe poteſtatem, ut Cæſareæ majeſtati ſit æqualis.* Id enim non requiritur ad conſtituen-

ſtituendum mixtum ſtatum. etiamſi Ordines unum tantum jus majeſtatis haberent cum Cæſ. commune, ſicut multa habent; Jam everſa eſſet illa ſententia, *quod ſumma poteſtas ſit penes ſolum Imperatorem.*

Leve eſt, quod *pag.*134. adfertur: *Cæſarem ſupremum Imperii caput appellari.* 1. enim ex ejuſmodi appellationibus nihil licet ſolide ad rem concludere. Vid *Grot. l.*1 *c.*3. §. 10. & *Limnæus l.*1. *I.P.c.*10.*num.*48. *Deinde* comparatio non debet ultra ſcopum extendi. 3. Caput Imperii dici poteſt, non quod ſolus poſſideat jura ſummi Imperii, ſed quod Imperii jura quæ Ordines cum ipſo communia habent, ipſius potiſſimum nomine aliquando exercet.

Quod *eadem pagina de reſervatis Imperatori* dicitur, illud quotiens vage & indiſtincte uſurpatur, ſophiſticum eſt, & cum *Capitulationibus Imperatoriis* pugnat. Si autem *reſervata* dicuntur, *quæ Imperator ſolus habet jura*, ſive in quorum communionem Ordines non admiſſi ſunt, illa *Lege Capitulationis* expreſſa ſunt, adeoque de ſtatu non monarchico ſed mixto teſtantur. Inepte igitur de Dominio to-

tius mundi ſubinfertur, quod nunqam ulli Imperatori ut ante dictum eſt tribus potuit. Idem de cæteris judicabis, ex quibus peſſime concludit, quæ ſane omnia naturam Ariſtocratiæ evertunt, contra vero monarchiam non aſtruunt. *pag.*135. miro enim modo argumentetur neceſſe eſt, qui hinc monarchiam velit adſtruere.

Pag. 143. Proponitur quæſtio *de pluribus eodem tempore Imperatoribus*; ubi diſtincte agendum eſt. 1. enim interdum plures Imperatores appellabantur, ſine partitione Imperii, ubi unus ſine altero nil poterat agere: Et hoc revera fuit Ariſtocratia duumviralis, & triumviralis, aut quatuorviralis. 2. Plures Imperatores fuere cum partitione Imperii, ut unus hanc partem ſummo jure, alter aliam teneret. Et hoc caſu accurate loquendo, tot fuerunt Imperia, quot Imperatores: Quanquam nomen unius Imperii Romani obtineret. Sic quando unus Imperator Occidentalis fuit, revera duo fuerunt Imperatores, quanquam propter cognationem appellatio in unum confunderetur. 3. Interdum multitudo Imperatorum vocabulo occurrit,

non

non reipſa: Quando ſub uno Imperatore ſive ad latus unius, plures ſub Auguſtis nominibus in partem curarum vocarentur; Quorum tamen dependens ab uno fuit poteſtas. His obſervatis ſatis apparebit de ſingulis exemplis judicandum eſſe ſeorſum, & ex hiſtoria, nec vulgari, ſed accurato & politico judicio.

Quæ *pag.* 145. *& ſeqq. duab.* habentur, inerudita ſunt, & nullius fere momenti, ſicut *Limnæus* partim annotavit. Quam abſurdum eſt illud: *Qui eodem ſenſu dicitur Cæſar?* quis peritus ita loqueretur? *Imperator eodem ſenſu dicitur Cæſar, quo Caput Imperij.* Falſum deinde eſt: *Iulium Cæſ. ex utero matris exſectum fuiſſe*: Quæ hiſtoria ad alium pertinet, & longe vetuſtior eſt. Quam abſurdum eſt, appellationem nominis Auguſti ex *P. de Andlo* & *Frebero* repetere? In *ſeqq.* debuit utique oſtendere, quando Imperatores, Reges dici cœperunt. Jam ubi de Principe & Imperante ſermo eſt, quaſi Synonyma Delphini, Principis Walliæ, Principis Hiſpanorum afferre, quæ ſucceſſorum nomina ſunt, non Imperantium, ſaniori Philoſophiæ parum conſentaneum eſt. Adjiciun-

ciuntur deinde nomina valde diverſa ſine ulla diſtinctione diverſitatis & ſignificationis. etiam Authores ſuos non recte deſcripſit, quos laudat. Qui licet pro accuratis in hoc genere haberi non poſſint, confuſione tamen ea, quæ hic comparet, abſtinuerunt. *De nominibus porro Imperatorum Romanor. antiquis & poſtea additis*, egerunt Scriptores antiquitatum ſatis noti, & poſt alios *Iul. Cæſ. Bulengerus in opere de Imperio & Imperatore Romano.* Rationes ejuſmodi nominum inquiſivimus in *diſſertatione de Auſpicio Regio.*

In CAP. VIII.

Parum Philoſophica eſſe, quibus Philoſophiam oſtentat hic Scriptor, recte *Limnæus* monuit *p.* 148.

Quæſtio *de muliebri Imperio* generalis eſt, & huc parum pertinet, quippe cum hujus rei dubitatio nulla in Imperio Germanico incidere poſſit. Verſatur & hic ut ſemper alias negligenter, & confuſis citationibus nominum.

Imperitiam quoque in conſuetudine Poloniæ aſſignanda merito *Limnæus* exagitat *pag.* 152. Ubi & *Sleidani deſcriptionem*

nem Galliæ Otto nominat, cum tamen ex Gallico tantum converterit latine *Sleidanus* In quæſtione *de patria Imperatoris pag.*154. fruſtra afferuntur textus ex Jure Civili & Canonico, & poſtea theſis tumultuario nominum congeſtu formatum itur.

Sicut nec hypotheſis ex *Aurea Bulla* recte deducitur: monente *Limn p.*155. Illa in *eadem pag. diſſentiunt qui Imperatorem &c.* Ex *Buxtorffio ad Auream Bullam* deſcripſit. Vid. *Limn l.*2 *I.P. c.*2. §.82. *&* 83. *&c.* Adde inprimis *tomum primum additionum ad num.*82. & *tom.*2. *Addit ad num.* 83. ubi etiam illa quæſtio quis Germanus dicendus ſit, excutitur, quam *Otto* hic movet *pag.*156. ſtatu quidem quæſtionis non ſatis expreſſo, ut notat *Limnæus pag.*158.

De ætate Imperatoris legibus non definita (vid. *Limn. I. P. l.* 2. *c.* 2. *n.*74 *& ſeqq.*) Feſtivum eſt quod habet *Otto* quaſi ex *Seneca, juvenile eſſe vitium regere non poſſe Imperium.* Turpis ignorantia; cum eo loco nihil aliud dicatur, quam *juvenile vitium eſſe, regere non poſſe impetum.* Exempla quæ *pag.* 159. *&* 160. adfert, ex *Gerlaco Buxtorfio* deſcripſit, ſicut ſequentia etiam de forma corporis, ſecure deſcribuntur aliunde. In

In *genere Imperatoris* requiritur non tantum nobilitas, ſed etiam legitima nativitas vid. *Limn. I.P.l.2.c.2.§.79.* in *Nobilitate* uſq; ad *Comites* deſcenſum eſſe, exempla item ex *Buxtorſio* deſcripta, *pag* 162. monſtrant. *An* autem *non amplius liceat deſcendere?* Juris Canonici ſcriptores præſertim quærunt: ſed inveterata conſuetudo merito illis opponitur apud *Limn. tom.1. add §.79.*

*In pag.*163, incaute & obſcure loquitur *Otto* in illis verbis: *Atque hæc videtur eſſe cauſa, cur hodie ex domo Auſtriaca ille eligendus, qui Rex Hungaricus & Bohemicus eſt, quemadmodum declarat ipſe Imperator.* Quaſi omnino lege quodammodo ſit eligendus ex domo Auſtriaca, contra expreſſam legibus publicis libertatem. Et præterea hic notandum, quod illa quæſtio *de potentia & opibus Imperatoris* ſit extra leges, & ſuaſoria, qua nec opus eſſet, ſi Imperatorii reditus eſſent conſtituti in Imperio, ſicut eſſe debebant.

Quando *pag.*164. & 165. *de eruditione & eloquentia Imperatoris* agit, locus fuiſſet de linguis in Imperio Romano uſitatis ex Aurea Bulla aliquid adjicere. Aliàs de ſtudiis Principum dictum eſt ad *Lipſ. pol.* 1,10.

De

De *virtutibus Imperatoris* itidem ſumit locum communem ex Politicis: *de virtutibus Principum.* memorabile, & pleriſque hodie dilectum monumentum eſt *Guevarræ Horologium Principum.*

In quæſtione quæ *pag.*167. movetur, de *conſiliariis in conſilium adhibendis,* ſatis prodidit imperitiam ſuam *pag.*168. in hiſtoria Romana illis verbis: *Nunquam tamen ſine conſenſu & conſilio Senatus* &c. ubi 1. Vox *conſenſus* improprie adhibetur. Imperatori enim conſenſu Senatus, non quaSenatus eſt, fuit opus ad aliquid conſtituendum: nam quod conſuluit Senatum ad artes politicas pertinet; Et ſimulacris Ariſtocraticis accenſendum eſt: Deinde nemo neſcit, maxima quæque ſolius arbitrio Principis confecta eſſe.

In quæſtione *de calliditate Principis* vage & ambigue agit *pag.*168. Si enim calliditas in bonam partem ſumitur, ut apud *Saluſtium*, *Tacitum*, aliosque; pars & acumen prudentiæ eſt; ſin in malam partem ſumitur, non bene definitur quæſtio. Simplex enim Princeps (ſiquidem hic ſimplicitas defectum prudentiæ notat, alias hæc vox nihil vitioſum ſignificat) prudentum conſiliis parere ſolet:

Calli-

Callidus autem veræ prudentiæ conſilia aſpernatur.

Quæſtio de *malo principe & bonis conſiliariis & contra*: Definita eſt ſufficienter apud *Lampridium in Alexandro Severo c.65. & 67.* Quem locum demonſtravit *Lipſius l.3. pol. c.10. n.8.* In quæſtione *de prudentia aſtu temperanda p. 169.* iterum imperitiæ manifeſtus eſt *Otto*: ſi enim aſtus pro ſolertia ſumitur, pars prudentiæ utique eſt, ſeu prudentiæ ineſt, ut Ariſtoteles quoque notavit *l.9. Ethic.* Sin aſtus pro calliditate in malam partem accepta ſumitur, jam prudentia reſpuit talem mixturam. Unde porro abſurdiſſimum eſt, dicto Chriſti ad talem ſententiam abuti. Dictum enim Chriſti habet legitimam oppoſitionem, ſive diſtinctionē rerum diverſarum ſimplicitatis ſc. & prudentiæ. *Otto* autem prudentiam rectam cum prudentia vitioſa, aut certe prudentiæ unam partem cum altera comparat.

In *pag.*170. movet quæſtionem, *an princeps legibus ſit ſolutus?* Quam inerudite tractat, ſicut partim oſtendit *Limnæus.* Videantur quæ notavimus ad *Lipſ. l.2. c. 10. n.6. & ſeqq.* Confundit autem hic cum aliis, id quod debet Princeps facere

ex offi-

ex officio & virtutis dictamine, & ad quod tenetur vi aliqua cogente. Cumulus nominum parum ad rem facit, nec fere ex his multum petieris; ſicut alibi oſtenſum eſt.

Nec melius ſucceſſit tractatio quæſtionis *de Auguſta legibus ſoluta pag.* 176. Sicut partim oſtendit *Limn.in annotatione.* Neq; tam huc pertinet, quibus legibus olim ſoluta fuerit, aut non ſoluta fuerit Auguſta; Quam quæ ſint hodie ejus privilegia & jura. Vid. de hac quæſtione accuratior tractatio *Limn.de I.P.l.* 2. *c.* 14. §. 19. & in *tom.* 1. *Additionum ad num.* 19. *& ſeqq.* ubi tamen probare non poſſumus quod dicit *num.* 27. *maximam partem majeſtatis communicatam Auguſtæ.* Nam de poteſtate nomothetica diſquiritur in *tom.* 2. *additionum.* Vid. omnino *Iacob. Gothofredus* in prima de tribus orationibus politicis, cui tit. eſt *Vlpianus.*

*Pag.*178. *De Imperatore hodierno* quæritur: *an ſolutus ſit legibus?* Quam prolixe admodum tractavit *Limn.de I.P.l.* 2. *c.* 8. §. 30. Ottonis tractatio, ut ſolet inerudita eſt, ſicut partim oſtendit *Limn.annot.* p. 181. *&* 182. Quod dicit *Imperatorem publica Imperii decreta, non facta mentione Statuum*

tuum edicere, falſum eſt. Nam quod *Auream Bullam* adfert: Certe Carolus IV. dicit, *ſe conſtituiſſe illa; aſſidentibus omnibus Principibus, Electoribus, Eccleſiaſticis, & Secularibus, ac aliorum Principum, Comitum, Baronum, Procerum, Nobilium & Civitatum multitudine numeroſa: in proœmio.* Jm Reichs-Abſchied zu Nürnberg *Ann.* 1522. expreſſiſſimis verbis in principio habetur: Darumb ſo haben wir auß nothtränglichen Urſachen / damit denſelben vnd anderen dergleichen ſorgen vnd vnleidlichen beſchwerden ſtattlich begegnet / die Mängel abgethan / auch künfftig in Beſſerung gebracht werden / mit Ewer der Churfürſten / Fürſten / vnd Ständen guter Vorbetrachtung einmuthigem Willen vnd annemmen ein Regiment im Heyl. Reich verordnet ꝛc. Addantur *Literæ Caroli V. illi Receſſui ſubjectæ.* Ecce ſecuritatem tam vanâ aſſeverantis Ottonis! Et ejuſdem ſpeciem mirare im Reichs-Abſchied zu Augſpurg *Ann.* 1530. ubi clariſſima ſunt verba: Demnach haben wir ſampt denſelben (præceſſerat jam praxis legibus Imperii conformis in prioribus legislationibus) vnſern Churfürſten / Fürſten / Prælaten / Grafen / Ständen vnd der Abweſenden Bottſchafften /

ken / den Articul für die hand genommen. Et poſtea circa finem: vnd wir Churfürſten / Fürſten / Prælaten / Grafen vnd Herren / vnd deß Heyl. Reichs Frey Reichsſtätte Geſandten / Bottſchafften / vnd Gewaldhaber hernach benant / bekennen auch offentlich mit dieſem Abſchied / daß alle vnd jede abgeſchriebene Puncten vnd Articul mit vnſerem guten Wiſſen / Willen vnd Rath fürgenommen vnd beſchloſſen ſeind; Willigen auch alleſampt vnd ſonderlich hiermit vnd Krafft dißes Briefs &c. Ut locus, etiamſi in hoc receſſu Imperii Cæſar ſibi extra ordinem voluiſſet aliquid ſumere, in exemplum tamen & præjudicium trahi non potuiſſet, propter notam conditionis diverſitatem in cauſis religionis:

Æque falſum eſt, quod in *Receſſu Ratiſbonenſi Anno* 1613. nulla fiat mentio Statuum. Quum & ab initio Imperator teſtetur, quanto ſtudio Ordines convocaverit, daß ſie die geheime deß Reichs Sachen / ſonderlich aber die Puncten vnd Articul ſo auff dieſen Reichstag beledigt vnd bericht waren / ſollen gerechtlich berathſchlagen / ſchlieſſen / vnd zu würcklicher execution Vollziehung vnd Handhabung zubringen

C helffen

helffen. In eundem ſenſum mox verba ſequentia tendunt: Et in fine expreſſa verba, vnd Wir die erſcheinende Churfürſten/Fürſten/auch die verordnete Churfürſtliche vnd anderer Stände vnd Räthe/Bottſchafften/vnd Geſandten/die erſcheinende Prälaten/Grafen vnd Herren/auch der abweſenden Bottſchafften vnd Gewalthaber hernach benant/bekennen auch offentlich mit dißem Abſchied/daß alle vnd jede obgeſchriebene Puncten vnd Articul/alles wie obſtehet/mit vnßerem guten willen/wißen vnd rath fürgenommen vnd beſchloſſen ſeindt/willigen auch dieſelbigen alleſampt vnd ſonderlich &c.

Argumentatio illa, quæ locum *ſecundæ rationis* accipit *p.* 179. *Quia olim Princeps legibus ſolutus fuit. E. etiam hodie*; invalida eſt, ut ſupra jam oſtenſum. Quod enim Imperatores hodierni non habeant omnia illa jura ſummæ poteſtatis; quæ antiqui Romani Imperatores habuerunt, notius eſt, quam ut repeti debeat: & loquitur abunde *Capitulatio* hodierna, plurimum ſc. à *Lege Regia* veteri diverſa: ut nihil dicam de explicatione *l.* 31. *de LL.* quam *Iacobus Gothofredus in Vlpiano* ſuo non accipit de ſumma Principis

pote-

poteſtate, ſed de LL. civilibus, quæ Principem non teneant.

In *tertia ratione, eâdem pag.* inerudite ludit *Otto* in vocabulo *majeſtatis.* Non enim ſtatim cui majeſtatis titulus tribuitur, habet ſumam poteſtatem ſolus, cum imperium & in eo poſſit ſplendere, qui partem tantum habet ſumæ poteſtatis aut eminentem authoritatem. Hodie Rex Poloniæ compellatur titulo *Majeſtatis*: Neque tamen Poloni conceſſerint, ipſum habere omnia jura ſummi Imperii. *Lex* 3. *C. de Crim. Sacrileg.* aliena eſt plurimum ab hac quæſtione; tum quod de alia plane re agat, & abſurdum ſit, ut ſæpius jam dictum eſt, poteſtatem hodierni Imperatoris ex *textibus Iuris Civilis* potius, quam *Capitulationibus Caſareis* & Legibus univerſalibus Imperii Germanici interpretari. *Quarta ratio* de plenitudine poteſtatis, ad ſolenne iſtud confugium ignorantiæ pertinet. Et mirum eſt, ex quadam formula verborum, quæ latinis ignota eſt, & in Germanico ambigua, rem maxime controverſam velle adſtruere. Cum præſertim ipſa praxis oſtendat, & leges univerſales omnes clament, nihil præter id quod Capitulatio Cæſari

quod ab initio dictum eſt: Fuerit igitur illo titulo Römiſch Königl. Macht vnd Vollkommenheit ita accipiendum, ne pugnet cum eo quod præceſſit. Quid ſi ita capias *plenitudinem poteſtatis*, quæ ſc. in hac lege, ut & cæteris, Imperatori quidem cum cæteris Ordinibus communis eſt, ſed ipſius tamen nomine & titulo præſcribi ſolet, conſenſu quodam & & conſuetudine? Quare in fine hujus legislationis repetitur præſentia & authoritas Ordinum: Quanquam hic quidem etiam reſponſionem ipſa materia ſuppeditat; Agitur enim de privilegiis adverſus hanc legislationem non allegandis, jam autem hæc pars juris legislatorii in concedendis privilegiis ad Cæſarem ſolum in plerisque ſpectat; Unde etiam prædeceſſorum mentionem facit. Ita *plenitudo poteſtatis* non eſſet accipienda de *tota ſumma poteſtate* & omnibus juribus majeſtatis, ſed de *parte* unius juris legislatorii, in *concedendis privilegiis*.

Ad alterum exemplum Handhabung deß Friedens zu Wormbs *Anno* 1495. *tit.* Urſachen / ſo ſich vor dieſem Landfrieden begeben haben. Expeditior eſt reſponſio. Sicut enim ab initio Imp. dixerat, ſe

hanc Conſtitutionem promulgare mit zeitigem Rath vnd Willen der Chriſt. Hochgeb Churfürſten/Fürſten/vnd anderer Stände deß Heyl. Reichs: Ita hoc titutulo repetitur eorundem mentio: adeoq; clare oſtenditur, non poſſe aliam poteſtatis plenitudinem intelligi, quam quæ jus nomotheticum Statuum Imperii conjunctum habet, & nequaquam excludit, ſed potius includit. Ne dicam, quod aliquid explicationis videtur eſſe in additis verbis vnd rechtem wiſſen. Quibus videtur firmari *Vaſquii* ſententia apud *Limnæum*. Idem obſervabis in R. A. zu Augſpurg 1500. ſi initium & finem conſiderabis: ubi Ordinum, quam cum Cæſ. communem habent poteſtas legiſlatoria, abunde oſtenditur. Jn R. A. zu Regenſpurg *Anno* 1541. §. vnd was betrifft. Itidem clara eſt res, non poſſe formulam von Kayſerlicher Macht vnd Vollkommenheit/ eo porrigi, quo volunt patroni illius ſententiæ de abſoluta & monarchica poteſtate hodierni Cæſaris. Agitur enim *de negotio religionis*, & inhibentur proceſſus forenſes in cauſis religionis in Camera Spirenſi: Ubi Cæſaris poteſtas eatenus nominatur, in quantum in

in ipſius arbitrio erat, ſuſpendere illam juriſdictionem, quam Pontificii ſoli urgebant: quibus, quod ipſe non acceſſit, eò Proteſtantibus quietem decrevit, & Pontificiis pacem in hac re firmavit. Ita in cauſis religionem ſpectantibus, quæ non poſſunt in Imperio Romano per ordinariam Comitiorum rationem expediri, ſicut Imperator cogi non poteſt, ut conſentiat, ita nec Ordines cogi poſſunt; per *Pacem Religionis*, quæ diſertis & claris verbis Cæſari poteſtatem adimit, invitis Proteſtantibus aliquid obtrudendi. Et ita explicari debent, quæ ex actis anni 1582. hic adferuntur. Quapropter etiam praxis nos docet, Receſſibus Imperii inſeri, in talibus cauſis teſtationem diſſenſus eorum Ordinum, qui in religione diſcordant. Videantur *Acta publica de pace religionis, Chriſtophori Lehmanni.*

Quæ *pag.* 182. *&* *ſeqq.* proponuntur, ſolitis vitiis laborant; In conſtituendo ſtatu quæſtionis 2. in tractatione quæſtionis confuſe & inerudite inſtituta: ſicut jam notavit *Limnæus.* Quæſtio ipſa tractatur ab *Arniſæo* prolixe *l.* 3. *de jure majeſtatis c.*1. *De poteſtate majeſtatis in poſſeſſiones & bona privatorum.* Erudite in-

primis hic verſatu: *Hugo Grotius*, qui hanc poteſtatem, in quantum ſcil. juſta eſt, *Eminentis dominii* vocabulo ſignificat, ſicut abunde explicavimus in *diſſertatione de dominio eminente*. Quantum ad applicationem hujus quæſtionis ad Imp. Romanum attinet; Imperite *Otto* de Imperatore hic diſputat, in re quæ non in poteſtate Imperatoris, ſed in poteſtate Imperatoris, & Ordinum poſita eſt: Sicut luculenta praxis in pacificatione Oſnabrugenſi docuit; cum *de alienanda & Gallis tradenda parte Alſatiæ* tractaretur. Unde etiam ultima quæſtio *pag.* 186. *An non princeps præſumatur in dubio, juſta cauſa motus, quando ſubditis bona aufert?* In Imperio noſtro Germ. locum habere nequit, quantum ad Imperium; apud alios autem ex ratione politica definitur, de qua in *dicta diſſertatione.*

Pag. 187. Pleraque generalia ſunt in quæſtione hac, ex politicis repetenda. Quæ melius longe explicat *Grot. I.B.* 2, 14. ubi plura in hanc rem.

Interim ſi omnino ad Imp. Rom. hæc quæſtio reflectenda eſt, plerumque fallaciam committunt *Scriptores juris publici*; quando

quando de Statibus Imperii ita loquuntur, tanquam Imperatori abſolute eſſent ſubditi, quod falſum eſt. Quinimo etiamſi eſſent mere ſubditi, tamen Imperatores æqualitatem juris ultro conſtituerent ipſis, quando in Receſſibus Imperii additur Imperatorem cum Ordinibus, & Ordines cum Imper. conveniſſe per modum contractus & pactionis. Pacts vnd Vertrags weiße. Quæſtio *de fide hæreticis ſervanda* (ubi hæreticorum voce Pontificii, omnes intelligunt de religione diverſum ſentientes) ſicut ab initio à Jeſuitis eſt definita, communi Imperatoris & Ordinum cõſenſu improbata eſt & rejecta, non tantum in *Pace Religionis*, ſed etiam in omnibus *Receſſibus Imperii* poſt Pacem Religionis factis, ubi Pax Religionis, ſemper nominatim repetitur, & confirmatur; Et in *Inſtrumento Pacis tit* 5. §.17, ſevere ſancitur, ne quis ejusmodi ad diſſolvendam publicam fidem pertinentes diſputationes reproducat. Diſtinctio illa inter vim *directionis* & *coercitionis*, ut barbare à pleriſque profertur, ita male explicatur, neque ad rem facit.

In quæſtione quæ *pag.* 191. proponitur, ſtatus longe accuratius debet formari. Nam quæſtio generalis, in quantum ſucceſſores teneantur, ex diſcrimine regnorum & imperiorum pendet, & bene explicatur à *Grotio l.B.2,14,n.*10. *uſq; ad ſinem.* Addatur *Arniſ. de jur. maj. l.* 1. *c. ult. n.* 12. *&* 13. De *Imperatore* autem *Romano* diligentius tractavit hanc quæſtionem *Carpzov. de Leg.Reg.Germ. c.*3. *ſect.* 23. §. 14. Diſtingui hic debent contractus quos Imperator facit cum exteris, & quos cum Statibus Imperii: Utrobique rurſus diſtinguendum eſt, an contraxerit ut Imperator, an ut Princeps Imperii, an alio quodam reſpectu:

Si Imperator feciſſet pacem cum externo Principe, ut nuper cum Gallis & Suecis, ut Imperator; vis hujus pactionis non fundaretur in perſona Imp. Sed Imperatore & Statibus ſimul: i.e. in toto Imperio, ſicut *Inſtrumentum Pacis* abunde loquitur. Non ergo ſequentes Impp. ſ. ſucceſſores Ferdinandi III. poſſunt excipere contra Inſtrumentum Pacis, aut illi derogare. Quo enim modo aliquid colligatum eſt, eodem diſſolvitur: Neque pax Imperii, niſi à toto Imperio diſſolvi poteſt.

Si

Si autem Imp. Rom. contraxit cum Principibus & Statibus Imperii. Quod non alio fere excellentiore modo fit, quàm in Receſſibus Imperii, qui conficiuntur ut modò dictum eſt, per modum contractus & pacti; Sicut Receſſus Imperii non poteſt à ſolo Imperatore, ſed ab Imperatore & Statibus ſimul conſtitui, ita nec ab ullo Imperatore aut Succeſſore ſolo ſolvi poteſt.

Quod ſi Imperator ut Imperator cum Collegio aliquo Statuum contraxerit, ſemper is contractus includit hanc limitationem, *ſi non tendat in præjudicium aliorum Statuum aut juribus ipſorum noceat.* Statibus enim ſua jura non poſſunt deteriora fieri, niſi de communi ſententia totius Imperii: An autem voluerint paciſcentes in perpetuum extendere tales pactiones, ex formula ipſa dijudicandum erit.

Si Imperator, non ut Imperator, ſed ut Princeps Imperii contraxerit cum externis Principibus, ſemper intelligitur ita contraxiſſe, ut quatenus impletio contractus ad loca & res in Imperio conſtitutas ſpectat, nihil præjudicari poſſit legibus & conſuetudinibus Imperii.

Si

Quæſtio *de clementia pag.*198. itidem ad generales politicas quæſtiones pertinet. Inprimis huc pertinet dictum Frontonis apud *Lipſ.* 4 *Pol.c.*12. *n.*18. Sævitia Albani cujus hic mentio ſit, irreperabile damnum rebus Hiſpanicis dedit.

Attexit quæſtionem *de Aſylis*, etiam *Grotio* tractatam *l* 2. *de I.B. c.*21. §.5. *& ſeqq.* extatque memorabilis liber *de Aſylis, Pauli Servitæ & Georgij Rittershuſii*: ubi etiam *de aſylis templorum* agitur. Videantur quæ *l. d. ad Grotium* ſunt notata. Bene diſtinguenda ſunt aſyla; quæ tum demum probantur, cum ſunt templa miſericordiæ, non cum ſunt receptacula ſcelerum.

Quæ *de cæteris virtutibus* addit, vaga fere ſunt, nec ex fontibus ſuis repetita, longeque melius ex *Lipſio* repetuntur.

In CAP. IX.

QUæ hic *de illimitata Imperatoris poteſtate* dicuntur, à *Limnæo* bene refutantur, tum hic, tum in *Iure publico*, ubi *de poteſtate Imperatoris* agit. Otioſum eſt, deſcriptiones majeſtatis ſive ſummæ poteſtatis afferre, antequam demonſtratum ſit, an illi de quo ſermo eſt, majeſtas ſive ſumma poteſtas vere competat.

Pag.

*Pag.*205. Adjicitur quæſtio *de communicata Statibus ſ. Ordinibus majeſtate*. Quam longe melius tractavit *Cellarius*: ubi de *majeſtate & juribus majeſtatis* agit.

Ineruditum eſt prorſus, jura majeſtatis pro effectis majeſtatis habere; *pag.* 206. cum revera ſint partes eſſentiales majeſtatis. Ineruditum eſt dicere, majeſtatem communicari non poſſe: Nemo enim negaverit, credo, majeſtatem ſive ſummam poteſtatem dividi poſſe etiam in partes ſubjectivas: ſicut ad *Grotij lib.*1. *de I.B. c* 3. dictum eſt. Ineruditum eſt dicere jura majeſtatis eſſe, communicata, ſed majeſtatem non eſſe communicatam: Quaſi verò una parte eſſentiali comunicata, totum ſubſiſtat extra communicationem. Hoc autem eruditum & verum eſt: Ubicunque unum jus majeſtatis communicatur, non manere ſtatum ſeu formam reip. ſimplicem; ſed fieri mixtum. Sicut in Imp. Germanico etiam accidit. Poteſt autem oſtendi per ſingula jura. E g. Poteſtatem legum ferendarum, quæ totum Imperium obligent, non eſſe ſolius Cæſaris, ſed Cæſari & Ordinibus communem, excepta parte de privilegiis quibuſdam. Pote-

ſtatem

ſtatem tributorum indicendorum, Cæſari & Ordinibus communem eſſe: Poteſtatem fœderum nomine totius Imperii ſanciendorum, Cæſari & Ordinibus communem eſſe. Poteſtatem belli Cæſari & Ordinibus communem eſſe: belli ſc. quod nomine totius Imperii geritur. Quod ne tum quidem, ubi res moram pati non poteſt, in ſolius Cæſaris arbitrio ponitur. Sed de his ſingillatim alibi. Denique tota hæc doctrina *de majeſtate & partibus ejus*, repetenda eſt ex melioribus doctoribus. Cordatiusque in hac re inceſſerunt ex Scriptoribus juris publici præter *Lampadium, Paurmeiſterus & Carpzovius.*

Pag. 204. Agitur *de majeſtate Cæſaris*, valde rudi Minervâ, ita ut vix aliquid ad rem afferatur. Accurate loquendo Imperator partem majeſtatis, ſeu partes jurium quorundam majeſtatis habet ſolus, pleraque autem jura majeſtatis cum Ordinibus communia. Stricte autem loquendo, nemo dicitur habere majeſtatem; niſi qui omnia jura majeſtatis habet. Populariter vero ex uſu communi, majeſtatem habere dicuntur, qui participant majeſtatem. De Imperatore ita propo-

proponunt hanc quæſtionem, *Reinkingius* à *Limnæo* citatus, & ipſe *Limnæus*; *An ſalva majeſtatis eſſentia, ſummus Princeps in ejuſmodi Capitulationes jurare poſſit?* Sive *an Capitulationis pactiones majeſtatem Principis non abſorbeant, aut evacuent?* Ubi notandum: aliorum Principum juramenta & formulas non comparari debere cum Capitulatione Imperatoria. Recte enim oſtendit *Carpzov. de Leg. Reg. Germ. cap.* 1. *ſect.* 10. *n.* 8. non omne principum juramentum eorum poteſtatem minuere. Capitulationes autem Imperatorias omnino tales eſſe, ut poteſtatem Imperatoris limitent & minuant, ea ipſa *ſectione* oſtenditur. Sicut & illud *ſectione* 11. *c.* 1. per legem Regiam in conſortium quaſi poteſtatis ac majeſtatis Imperatoriæ, Proceres ſ. Status Imperii recipi (ubi nota illud *quaſi*, rectius abeſſe) Amplius *ſect.* 14. *c.* 1. leg. regiæ Germ. ſeu Capitulationi Cæſareæ ceu fundamento inniti majeſtatem Imperii realem. Quod genus loquendi majeſtatem perſonalem, in una ſc. perſona reſidentem, tollit. Addatur *Limnæus* in *prolegomenis ad Capitulationes Imperatorum ſect.* 8. *per totum.*

2. Hac

2. Hac occaſione Scriptores nominati ſatis oſtenderunt legem Regiam Vett. Imperatorum, qua ſcil. ipſis omnia jura majeſtatis attribuebantur, prorſus & directa fronte pugnare cum leg. Regia (ut nonnulli vocant) ſive cum Capitulatione Cæſarum Germanorum, qua oſtenditur, quæ jura majeſtatis Ordines Cæſari non tradiderint uni & ſoli, ſed Cæſari ſecum communia eſſe voluerint: ut haud dubie ineptiſſimè faciant, qui hodie illius Legis veteris in hac quæſtione ſubinde mentionem faciunt. Erudite inquirit in eam rem *Iacob Lampadius de conſtitutione Imperij Rom. Germ. part. 3. c. 2.*

3. Illis indiſtinctis & generalibus vagisque locutionibus de abſorbenda aut evacuanda majeſtate, rectius abſtinerent, qui hæc diſputant. Implicant enim potius quam explicant controverſiam.

De ipſo loquendi modo nemo controverſiam moverit. Imperatori enim titulus *majeſtatis* ſemper in hunc diem recte tribuitur. Unde non licet tamen inferre: E. habet jura majeſtatis ſolus. Qua de re alias dictum eſt. Majori tamen fundamento tribuitur ei, quam Regi Poloniæ, qui in Rep. Ariſtocratica autho-

thoritate magis quam poteſtate eminet. In Imperatore autem majeſtatis fulgor eximius eſt. 1. Quia partes quaſdam ſolus poſſidet. 2. Quia pleraſq; partes cum Ordinibus indiviſim poſſidet. 3. Quia ſplendor totius Imperii & dignitas hoc vocabulo in Imperatoris perſona conſuevit nitere.

Quod *pag*.207. dicitur: *Majeſtas eſt propria Imperatori: Ergo non poteſt eſſe communis Principibus ſeu Statibus*: Invalidum eſt prorſus. Monſtretur enim quod majeſtas ſit propria Imperatori hodierno Germanico, ſoli ſcil. & excluſis Ordinibus. Hoc enim ipſum in quæſtione eſt, nec demonſtrari poteſt, niſi de ſola appellatione velis loqui. Qua de re *ſupra*.

An Vaſallus poßit habere ſummam poteſtatem, *quod* in *ead.pag*. negatur, diſquiſitum eſt apud *Grot.l.*1.*l.B.c.*3.§.23.

Quod à *Limn.pag*.209. adfertur *de majeſtate reali & perſonali*, illa diſtinctio alibi examinata eſt.

An recte *pag*. 208. Poteſtas quæ magiſtratibus aut miniſtris delegatur, ſive committitur, dicatur *utenda fruenda* permitti; Et an Politici probaturi ſint hoc genus loquendi, conſiderandum eſt.

Quan-

Quanquam fruſtra hodie aliquis in modis loquendi nimium curioſus ſit.

In CAP. X.

QUæſtio quæ *hoc capite, pag.* 211. proponitur, longe cautius, & diligentius tractanda eſt. movetur illa quidem & ab aliis juris publici Scriptoribus: ſicut videre eſt apud *Limn. I.P. l.* 2. *c* 3. *n.* 12. *& ſeqq. & in additionibus.* Et generalis quidem tractatio quæſtionis in theſi, ad Politicos pertinet, qui ſatis ſciunt, non poſſe ſimpliciter electionem, aut ſucceſſionem præferri aut poſtferri, ſicut dictum eſt ad *Lipſ. l.* 2. *Pol. c.* 4. Illud quoque non ſatis accurate dictum eſt à nonnullis; Imperia plene & vere monarchica, eſſe ſucceſſoria; minus plene & imperfecte autem monarchica, eſſe Electiva. Hoc enim nec perpetuum eſt, nec nexu cauſali accidit: Etiamſi plerumque eveniat, ut in imperiis vere monarchicis obtineat ſucceſſio, in mixtis aut reſtrictis Electio; Eventus inquam non cauſa hic ſpectatur, isque non perpetuus. In hypotheſi autem cum de Imperio noſtro hodierno quæritur, 1. facile quidem ignoſcitur iis, qui conſuetudine hanc

quæſtionem quaſi in theſi & occaſione hypotheſeos, ſuis operibus inſerunt. 2. Quorundam autem diſputatio, ne flagitio quidem caret, qui contra ſacratas Imperii leges electioni minus quam ſucceſſioni favent: & contrà fidem officiumque boni civis mutationem rerum haud obſcure agitant. Sicut monuimus ad 1. *Hiſt. Tac. pag. 34. & 35.* 3. *Eberhardi à Weyhe* conſilium boni civis officio congruit, qui curioſis nonnullis ſucceſſionem & mutationem Status in Imperio noſtro molientibus, obviam eundum exiſtimavit. 4. Diſtinctio *Keckermanni* & obſcura eſt, & vix applicari poteſt; Ecce enim: cenſent nonnulli pleraque regna Europæa non eſſe abſolute monarchica, ſed cum temperamento. Ergone iis omnibus Electio commendanda eſt? Negabunt plerique; & præſertim Sueci, qui Imperio ſuo, ſciunt nullam potuiſſe tranquillitatem contingere, antequam de Electivo ſucceſſorium fieret: In *Vnione hæreditaria Regni Sueciæ Anno ſuper. ſec. 44.* facta, & *Ioh. Loccenij hiſtoria Suedicæ* ſubjecta *p. 365. & ſeqq.* 5. Quod dicitur hic *p. 212. Imperium Rom. Germ. Ariſtocratice temperatum*, in eo latet
aſtutia

aſtutia, qua pleriq; utuntur: Temperamentum enim illud referunt illi ad modum adminiſtrandi, non ad ipſum ſtatum & formam de qua quæritur. 6. Obſervare tamen operæ pretium eſt, quomodo vi veritatis adducti plerique. & hic *Otto* coguntur laudare electionem, talibus elogiis, quæ alias ipſorum hypotheſes facile evertere poſſunt.

Præcipua quæſtio pag. 216. & ſeqq. proponitur *de Origine Electorum*: in qua, ſi omnia perquiruntur, apparebit defectum eſſe hiſtoriæ hac in parte. Tempore enim Ottonis III. non inſtitutum eſſe Collegium Septemvirale, ſatis eſt jam ab eruditis oſtenſum. Ante Auream Bullam autem in uſu jam fuiſſe, ex ipſa A. B. clarum eſt, quæ potiſſimum Electoralis Collegii dignitatem & officium deſcribit. Vulgarem ſententiam *Baronius* tuetur in *Annalibus ad A* C. 996 § 38. *& ſeqq.* Contra quem plures ſcripſerunt: Noviſſime etiam *Limn. ad Capitulationem Caroli V. art.* 27. Videndus eſt idem *Limn.* I. *P. l.* 3. *c.* 1. quod totum agit *de origine Electorum*: Ubi diligenter & alii citantur: etiam in *utroque additionum tomo* *Onuphrius Panvinius* doctiſſimus vir, in

D 3 com-

commentario, *de Comitiis Imperatoriis*, illud quidem præclare diſputat, falſum eſſe abſurdumq; vulgare de origine Electorum commentum. De cætero autem multa adfert ſtudio partium Pontificiarum, quæ cenſuram merentur. *Goldaſtus* in *Politicis Imperialibus* quædam opuſcula hujus argumenti congeſſit. Inprimis etiam laudem meretur *Hermanni Conringij* diſſertatio *de Septemviris Imperij*. Tumultuaria nominum congeries apud *Ottonem* parum ad rem facit; confuſum & ineruditum chaos.

Quod *pag.* 219. *& ſeq.* dicitur: *Imperatorem ſtatim omnia conſequi, quæ ſunt Imperii*: verum eſt, ſed ſub conditione jurandæ Capitulationis: Ita enim Imperatori commendatur Imperium, ſi juret capitulationem. Juramenta enim Principum ſunt duplicis generis; *Alia* enim jurantur ſub conditione accipiendi Imperii: i. e. ut Imperium habere non poſſit, niſi formulam illam jurejurando ſuo confirmet: *alia* jam accepto Imperio jurantur. Unde Imp. jam electus poteſt recuſare Imperium, ſi nolit in illas conditiones jurare. Acceptatio ergo Imperatoriȩ dignitatis, comprehendit hanc par-

partem, quod velit præſcriptis in Capitulatione conditionibus ſatisfacere, atque in eam rem fidem juratam dare. Vid. *Limn. in prolegomenis ad Capitulationes ſect. 7. n. 4. & ſeqq.* Senſus ergo hic eſt; *Electio dat electo jus, ſi nimirum accipiat Electus: Cujus acceptionis pars eſt juncta obligatio; De formula capitulationis ſervanda.* Elogia Electorum quæ *pag.* 222. tanguntur, tractantur præſertim ab *interpretibus Aureæ Bullæ & Scriptoribus I. P.* vid. *Limn. de Iur. Publ. l. 3. c. 2.* Quod autem *Otto* hic *de Præfectis Pretorio* inquit; hoc cenſura opus habet. Principes & Status Imperii, adeoque & Electores inique comparant, qui cum magiſtratibus antiquis Romanis comparant. Illi enim nihil aliud erant, quam quod dicebantur, i. e. magiſtratus, qui nihil habent ſummæ poteſtatis, ſed quicquid habent, dependenter à ſumma poteſtate habent; ejusque miniſtri & inſtrumenta ſunt; Ordines autem Imperii Germanici participant ſummam poteſtatem, neque magiſtratus niſi rudiore minervâ, aut per injuriam dicuntur. Sequeſtranda igitur eſt ab hoc genere loquendi omnis illa ſimilitudo, de quâ diximus. Cæterum præfecturæ prætorii compa-

ratio ad munus Electoris Saxoniæ potius (ſcil. ſalva poteſtate quam diximus) referri ſolet. Ephori Lacedæmoniorum contra inſtitutum ipſius *Authoris* huc adferuntur: Qui ita ex Imperatore Germanico Regem Spartanum fecerit: ſcil. per inſignem juris publ. imperitiam & Imperatorii nominis injuriam; Si Electores jure Ephororum gaudent.

Quæ de *Paribus Franciæ pag. 223. 224.* adferuntur, non ſunt ſatis accurata, ſicut animadvertet, qui legerit *Limnæi Notitiam Regni Franciæ. l. 2. c. 25. pag. 977. ſeqq.* Comparatio etiam ipſa non caret ſuis incommodis. Quod *Gevvoldus de ſeptemviratu c. 6.* tradit; *Electores abſolute & per excellentiam Principes dici*, vix eſt ut probari poſſit.

Pag. 226. & 227. non opus eſt multum quærere, *cur Collegium Electorale partim ex Clericis, partim ex Laicis conſtet?* Vera ratio hæc eſt, quia Epiſcopi & Archiepiſcopi ea fuerunt in Imperio authoritate & potentia, ut non potuerit illis locus denegari, ſicut in collegio Principum, ita etiam in Collegio Electorum, cum conſtitueretur.

Pag.

Pag. 228. *De numero ſeptenario* itidem otioſe diſſeritur: Cum nihil certi vel ex hiſtoria, vel ex actu publico hac de re afferri queat. Imparitas autem numeri recte explicatur *pag ſeq.* ut ſcil. caſus parium votorum impediretur, & major pars poſſet conſtitui. Quantum vero ad hunc numerum ſeptenarium attinet, in *Inſtrumento pacis* aliquid novatum eſt, inſtituto octavo Electoratu: hac tamen conditione, ut ſi contingeret, lineam Guilhelmianam maſculinam prorſus deficere, ſuperſtite Palatina, non modo Palatinatus ſuperior, ſed & dignitas Electoralis, quæ penes Bavariæ duces fuit, ad eoſdem ſuperſtites Palatinos, interim ſimultanea inveſtitura gaviſuros redeat, octavo tunc Electoratu prorſus expungendo. *Inſtrum. Pac. art. 4 §. quod vero.*

Quæ *pag.* 229. *&* 230. in cumulum conjiciuntur, *Limnæus* præſertim explicatius tradit. Qui poſt generalem *de origine Electorum & communibus juribus* tractationem ſubjicit *lib. 5. c. 3. De Electoribus Eccleſiaſticis in genere. Cap. 4. De Electore Moguntino. c. 5. De Electore Trevirenſi. c. 6. De Electore Colonienſi.* Poſtea *De Electoribus ſecularibus in genere c. 7. De Rege Bohemiæ c. 8. De Electore*

runtur verba *Gerh. Ioh. Voſſii ex lib. 2. de Hiſt. Latin. c. 22. p. 255.) nec treſſis ſcriptor eſt, imo nihil illo ineptius ſtultiusq; Sane quicquid de antiquis Germanorum temporibus, Romanis indictum prodit, id omne comminiſcitur. Nec enim veteres Germani geſta ſua mandabant literis, quas neſciebant. At ille ferrei oris, plumbei cordis Hunibaldus, non modo promit his indicta, ſed plane repugnantia. Vt fidem ei habere non poſſimus, niſi inſimul Romanis omnibus detrahamus.* Addit deinde authoritatem idem ſentientium *Comitis Nuenarii, Hadriani Iunii, Iani Douſæ, Ioſ. Scalig. Philippi Cluverii, Iſaaci Pontani.* Denique claudit his verbis: *Quare Hunibaldus eo loco habendus, quo Beroſus Annii, & ſimilis farinæ nugatores.*

Alias *de loco Electionis* vid. omnino *Limnæum I.P. l. 2. c. 3. n. 29. & ſeqq.* & adde *tomos additionum* ubi etiam exemplis oſtenditur, loci tam religioſe non habitam eſſe rationem, qui ſæpe mutatus eſt. Reproducta quidem eſt hæc quæſtio varie ad Electionem Ferdinandi III. Imperatoris. de qua *Iuſtus Aſterius* (ſive *Ioh. Stella*) ſcripſit diſſertationem, cui titulus eſt *Examen Comitiorum Ratisbonenſium.* Cui *Oſtermannus* JCtus oppoſuit aliud ſcri-

ptum

ptum titulo *Throni Regalis*. Sed illa ſcripta flagrantibus diſcordiis bellisque edita, non parum trahunt de ſtudio partium. Cæterum totam hanc rem de Electione, longe elegantius & accuratius eſt complexus *Iacobus Lampadius* in *Rep. Rom. Germ. Part. 3. c. 2. §. 14. & ſeqq. uſque ad cap. 3.*

De *tempore* bona eſt annotatio *Limnæi p.* 237. In *eadem pag.* mentionem facit *Limnæus exanctorationis Imperatoris*. Et ſane inter modos quibus Imperium vacare incipiat, & Imperator eſſe deſinat, refertur etiam depoſitio. Sicut videre eſt apud *Limnæum l. 2. c.* 11. ſed ut bene obſervat *Lampadius cap. jam dicto §. 10 de depoſitione Cæſaris periculoſa & difficilis eſt commentatio*. Præſertim cum non ſequi videatur, ut Imperator, ſi datæ poteſtatis limites tranſgreſſus ſit, ſive poteſtatem ſibi non datam uſurpaverit, etiam eâ excidere debeat, quæ ipſi data eſt, & quæ legitima habetur. Sicut §. 11. *Lampadius* amplius oſtendit. In hac quæſtione diligenter notandum eſt, 1. Lege aliqua expreſſa, nihil de depoſitione Imperatoris cautum eſſe. 2. Exempla depoſitorum Imperatorum, quorum tria enumerat *Limn. l. 2. c. 11.*

l.2 c.11. non eſſe tantæ authoritatis, quantæ vulgo habentur.

Primum exemplum eſt *Adolphi Naſſovii*, ne ſatis accurate quidem, & per momenta politica deſcriptum. Adeo nec de cauſis convenit, & præcipua cauſa, *de pecunia a Rege Angliæ accepta, neq; Principibus, ut convenerat, diviſa*, non ſatis utique momenti videtur habere ad depoſitionem. Hoc potius ex Hiſtoria, ſatis jejune ut dictum eſt deſcripta, apparet, rem per factionem, & tumultum geſtam eſſe, odioque potius & contentione partium. Itaque ſi Adolphus prælio, quo interiit, viciſſet, illa exauctoratio nihil habuiſſet momenti. Ut defectus hiſtoriæ appareat, præcipui ſunt, qui hic nominari poſſunt, *Author hiſtoriæ Auſtralis*, in *parte prima rerum Germanicarum Freheri Anno* 1297. 1298. *Albertus Argentinenſis in Chronico p.* 109. *&* 110. Hi potius conſulendi ſunt, quam *Lehmanni Chronicon Spirenſe*. Secundum exemplum eſt *Henrici IV.* qui machinatione Pontificis & Pontificiæ ſectæ, adeoque per ſummum ſcelus & factioſe eſt depoſitus. Sicut in hiſtoria hujus Imperatoris prolixe docebitur.

Tertium exemplum eſt *Wenceſlai*, Impera-

peratoris flagitioſiſſimi & turpiſſimi. Cujus depoſitio ad eos caſus referenda eſt, qui excepti dicuntur. Ubi ſc. licere cenſetur ſubditis aut Proceribus Imperii dare operam, ne reſpubl. immanibus Imperatoris flagitiis polluatur perdaturque. Ubi locum habere iſtud *Taciti* videtur *l.2.H.c.76. torpere ultra & polluendam perdendamq; remp. relinquere, ſopor & ignavia videtur.* Quales caſus etiam *Grotius* non omiſit. *l.1.I.B.c.4.*

*Pag.*238. Nihil opus erat rationem ex argumento juris privati repetere, quod *dies interpellet pro homine*, cum jure publico & ipſa lege de hac re cautum ſit.

*Pag.*240. *&* 261. agitur *de ordine ſuffragiorum: ſive, ut vulgo vocant, votorum in Electione Imperatoris.* Ubi duplicem ſtatuunt eſſe ordinem, antiquum & recentiorem. In illo primum eſſe votum ajunt Electoris Moguntini, in hoc Electoris Trevirenſis: vid. *Limn. I. P. l.2. c.3. n.57. & ſeqq. & in additionibus.* Ad authoritatem *Sleidani*, qui in Electione Caroli V. Moguntino primam vocem videtur tribuere, reſpondent: *Non agi de ſuffragiis ferendis: Sed de prævia conſultatione, antequam ad ſuffragia veniretur, ubi Moguntinus ſententiam pri-*

mus

mus dixerit. Non dubitandum eſt: quin Decanus collegii primam vocem habeat in collegio, ſi velit exercere, uſu autem invaluiſſe conſtat, ut plerumque Decanus perroget ſententias Collegarum & poſtremo ſuam dicat, ſed hoc facti eſt, non juris.

Pag. 241. mentio fit *mulctæ centum marcarum auri*; cujus ſummæ & alias ſæpe habetur mentio. Eſt autem ein Marck löthiges golts / ſeu marca ſive libra auri puri, 72. aurei Rhenani, quorum unus aureus æſtimatur 21.bac. Hinc centum marcæ ſive libræ auri puri conſtituunt 7200 aureos ſeu 9600. uſuales, quorum quilibet 15.bac.habet. Ex *Paulo Matthia Wehnero*, quem vulgo ſequuntur, in *Obſervationibus practicis*, voce Goldgulden *pag.* 239. *&* 240.

Pag 242. proponitur quæſtio *de Rege Bohemiæ* quæ amplius tractatur apud *Limnæum l.* 3. *I P. c* 8. *& in additionibus.* Ubi *num.*23. dicitur: *Ad onus Statuum pertinere, ut in comitiis compareant*; quod nolim dicere; Quippe maximum jus in eo verſatur, ut quis in Comitiis compareat, & ſententiam dicat.

*Pag.*244. quæritur, *an Bohemia pars Germaniæ*

manæ ſit? Quod prolixius tractatum vide apud *Limn. l.3. c.8. n.56. & ſeqq.*

Inprimis autem videndus eſt *Goldaſtus de juribus Regni Bohemiæ.*

Pag. 248. Recte reprehenſus eſt *Otto à Limnæo.*

Pag. 250. Verum quidem eſt: *exteros tempore Electionis Vrbe exeſſe debere*, ſicut nupero etiam exemplo patet: Docet tamen experientia, non tam rigide aut pleno cum ſucceſſu hanc legem cuſtodiri, quin variis artibus in contrarium eatur.

Pag. 252. *ritus jurandi tactis Evangeliis* ſucceſſit alteri ritui *jurandi tacta cruce*, ut ſolennitates jurisjurandi varios apud populos & diverſis temporibus variantur, vid. *Grot. I. B. l. 2. c. 13. & Briſſonius in Formulis.*

Rurſus inſignis negligentia *Ottonis* fuit, quam tangit *Limn. p.* 253.

Quæſtio *hac ipſa pag. an ad S. Evangelia jurare liceat?* obſcure & extra praxin proponitur. Quid enim eſt *ad S. Evangelia jurare?* ſi *ad* ſignificat idem quod *apud*; Male negatur quæſtio. Quia nemo neſcit *licere apud S. Evangelia jurare*, ſeu adhibito & appoſito Evangeliorum Codice. An voluit exprimere illud Germanicum

Auff

Auff das H. Evangelium ſchweren? Tum male locutus eſt; Id enim dicitur *per Evangelia jurare.* Expeditur autem res tota, illa interpretatione formularum; quarum etiam fit mentio apud *Grot. l. 2. I. B. c. 13. §. 11. & 12.*

Pag. 257. Non poteſt ſenioritatis, ut loquitur, ratio haberi 1. Quia lex publica *i. e. A. B.* diverſum conſtituit. 2. Quia Electores, quantum ad hoc officium & jus eligendi, prorſus pares; conſtitutionibus publicis habentur & ſunt. Adeoque; hæc quæſtio otioſe videtur moveri. Niſi forte ob caſum extraordinarium, qui hic tangitur. Qui tamen vix ſine publico motu definiri unquam poſſit.

Pag. 258. 259. & 260. veriſſima & notabilis cenſura eſt *Limnæi.*

Quæ *pag.* 261. de *ordine votorum* moventur, ſupra præcepimus, *ad pag.* 240.

Pag. 264 *Imperii commiſſio* (ut hic loquitur) rectius à *Limnæo* refertur ad ea quæ electionem ſequuntur. Nam & tum conditionaliter committitur ſeu offertur imperium, ſi nimirum jurare nolit Electus in capitulationem: id enim ſi nolit facere, electio nullum habebit effectum.

Et quam ineptum eſt, quod *de jura-*

mento ultro citroq; præſtita affert? Sicut Limnæus jam notavit.

Quæ *pag.*265. & 266. de *Electorum officiis & Suboffiitiariis* dicuntur, amplius declarata vide apud *Limn.l.P.l.*3.*c.*7.*n.*73.& *ſeqq. uſq; ad finem.* Et adde capita de ſingulis Electoribus.

Quod de *Rege Bohemiæ* dicitur *p.* 266. *lit. A.* amplius vid.ap.*Limn.l.*3. *c.* 8.*n.*6.

Male fere cedit authori horrida illa Philoſophia, qua ſubinde velut egregio methodi præſidio utitur.

Quare merito etiam notatur à *Limn. p.*267.

De *triplici corona* memorabilis prorſus eſt locus, quem attulimus ex *manuſcripto codice Æneæ Silvii* in *diſſertatione de Paſſagiis. p.*12. Adde quæ diximus in *Ottone M.* [hæc ad *pag. Ottonis* 268.]

*Pag.*269. tractatur quæſtio *de jure coronandi, ad quem id pertineat?* De qua vid. *Limn.l.*2.*c.*4.*n.*9. Et præſertim conſule recentiorem controverſiam *de jure coronandi Cæſarem inter Electores Moguntinum & Colonienſem*, contrariis ſcriptis agitatam, ſtringente calamum pro jure Moguntini, *Hermanno Conringio.* Neq; videtur Moguntinus eo jure ceſſurus, niſi ubi coronatio fit in diœceſi Colonienſi. Pag.

*Pag.*270. Qualis eſt illa phraſis, *Moguntinus Electionem peragit*, cum de coronatione ſermo ſit? Nullo modo excuſari poteſt: cum præſertim *Otto Friſingenſis* hoc vocabulo non utatur, ſed *de unctione in regem* loquatur.

De *inſignibus Imperatoris pag.* 271. *& ſeqq.* vid. *Limn. l.* 2. *c.*4. *& in additionibus*, & adde quæ diximus in diſſertatione *de Auſpicio Regio, & in Ottone M.*

De jurejurando pag. 276. vid. omnino *Limn. l.*2. *c.*4. *n.* 33. *& ſeqq.*

*De variis acclamationum veterum formulis pag.*277. Potius debebat laudari *Bernhardinus Ferrarius*, qui de hoc argumento opuſculum ſcripſit.

Locus *Plinii* legi poteſt in *Plinii Paneg. c.*22. 23. 24. 25. 26. Ubi *de ingreſſu Trajani* agitur, verba autem, qualia hic referuntur nuſpiam comparent.

Quæſtio illa ardua ſane, *de remittendo ſupplicio ſontibus: pag. hac eadem & ſeq.* 278. ſatis confuſe tractatur. Et ſunt ſane quidam, qui negant, flagitia, quibus divinitus conſtitutum eſt ſupplicium certum, mitius puniri poſſe. Quia tamen leges Moſaicæ etiam forenſes, non obligant abſolute Chriſtianos, igitur tam ſtricte

& indiſtincte hoc pronunciandum non videtur. ex.gr. Moſaica lege homicidæ conſtituitur capitale ſupplicium : Poteſt tamen judex rationibus gravibus & inevitabilibus moveri,ut extraordinaria pœna afficiat homicidam. Unde nec illud ſatis caute hic dicitur, *jus vitæ & necis eſſe regale in levioribus delictis, non eſſe in gravioribus.* Confunditur etiam hic quæſtio juris & quæſtio conſilii. Alias de dimittendis promiſcuè reis, verum eſt, *de tali dimiſſione neminem poſſe præclare ſentire.*

De *coronatione Lombardica p.* 279 recte annotat *Limn.* & *hic* & præſertim *in I. P. l.2. c 4. n.39. & ſeqq.*

De *coronatione Romana pag.* 282. diſputatur prolixe; propugnatque *Limn.* ſingularem ſententiam tum *hic*, tum *I.P.l.2.c.4. n.52.& ſeqq.*& præſertim *ad capitulationem Caroli V. art.* 30. ad illa verba : zum beſten befleiſſigen die Keyſerliche Kron &c. *p.* 341. *& ſeqq.* In hac diſputatione non poſſunt probari, quæ hic *pag.* 290. *&* 291. dicuntur, quaſi *coronatio Romana nomen Imperatoris unice pariat* : *Quaſi A.B. ita interpretanda ſit* : *quaſi electione & coronatione Aquisgranenſi non fiat Imperator*: & quæ ſunt hujus generis alia in ſeqq. Si quicquam

Limnæus

Limnæus evincere poteſt ex *Capitulatione*, hoc tantum evincetur, ex hypotheſi, ſi Cæſar ſe obliget ad accipiendam Romanam coronam, neceſſariam videri illam coronationem; non ad rem ipſam, ſed ex promiſſo tali. Præterea cum illa promiſſio nunquam abſolutè ponatur, ſed ſub conditione remoti impedimenti, ſatis apparet obligationem illam perpetuo in pendenti eſſe, quia impedimenta ſemper adſunt. ex.gr. Quod Pontifices hodiè non agnoſcunt juriſdictionem Cæſaris, neque Cæſari coronato ſe & Romam ſubmittunt, adeoque talem injuriam Cæſari faciunt, quæ cum Cæſaris & Imperii jure non poteſt ſtare. Quin imo certum eſt, neminem hodiè Imperatorem poſſe Romam ire abſque ſummo dignitatis Cæſareæ & totius Imperii præjudicio: ſicut omnibus conſtat, qui reip. non ſunt imperiti. De titulo electi Imperatoris aliqua annotavimus in *Ottone M. p.* 288.89.

Quæ *pag.* 296. *&* 297. habentur *de conſtitutione Caroli Tertii ſive Craſſi de expeditione Romana*, vulgarem quidem ſententiam exprimunt. Sed dubitandum non eſt, illam Conſtitutionem eſſe ſup-

politiciam, ſicut monuimus in *Carolo III.* *p.*187.

Quæ hic *pag.*297. habentur *de Auguſta* bene corriguntur à *Limnæo*, quem in *jur. publ.* amplius vide.

Illa quæſtio quæ *pag* 300. proponitur, *in cujus manus fiat reſignatio Imperii?* Declaratione opus habet. Accurate enim loquendo qui imperium abdicat, in neminis manus id reſignat; Sed ſtatim, ſicut à morte Imperatoris, Electorum (citra novum actum quaſi in manum traditionis) officium incipit, ſive ipſo jure tenentur, modo in A. B. præſcripto, novum Imperatorem eligere.

De *depoſitione Imperatoris*, cujus mentio fit *pag.*301. & 302. ſupra actum eſt. Ubi etiam de ſingulis exemplis aliquid dictum. Quæſtio in theſi, *in quantum principi reſiſtere liceat?* parum huc pertinet: Neque etiam benè tractatur. longè melius tractata à *Grot.l.1. I.B. c.4.*

In CAP. XI.

POteſtas Imperatoris orta, ut vocat, non valet ad explicandam ſed implicandam rem: nec definitio hic allata alicujus momenti eſt.

Autho-

authoritatis quoque cum *Poteſtate* confuſio *p* 304. nullius momenti eſt.

Tota diſputatio *de Regalibus à p.* 305. plena eſt ineruditis confuſionibus. Præter *Bocerum*, quem plerique ſequuntur, *de Regalibus* etiam ſcripſit *Beſoldus*, & ſuam diſputationem *Theſauro Practico* ſubjunxit. Circa quod argumentum notari debet; Non ſatis ſe expedire, qui regalia aliquid à juribus majeſtatis diverſum ſtatuunt. Quæ enim jura ſummi Imperii & ſupremæ poteſtatis, aut jura majeſtatis dicebantur, ea poſteriores regalia maluerunt dicere.

Hactenus ergo recte *Beſoldus* regalia eadem quæ jura majeſtatis vocat, *principio diſputationis*. Et deinde ſingillatim agit ſub hoc nomine *de poteſtate ſummi Imperii circa leges c.* 1 De *diſpenſatione. c.* 2. De *poteſtate Regali circa judicia. c.* 3. De *poteſtate majeſtatis circa pœnas. cap.* 4. *Quid majeſtas poſſit circa præmia & honores, c.* 5. De *magiſtratuum conſtitutione regali. c.* 6. De *variis regalibus reip. conſtitutionem concernentibus. c.* 7. De *Iure regali, quod majeſtas in locis publicis habet. c* 8. *De regalibus commodum aliquod fiſcale ſecum trahentibus. c.* 9. De *regalibus quæ circa bellum, bel-*

liasq; præparationes verſantur. c. ult. Ex qua tota tractatione apparet, idem eſſe ac ſi inſcripſiſſet diſputationem *de juribus majeſtatis.* Multa quidem ſunt in ea diſſertatione, quæ animadverſionem merentur; Quippe cum hanc materiam *de majeſtate, & juribus majeſtatis*, rudi fere minerva & ſolitis opinionum erroribus vulgo tractent. Qua de re alibi dictum eſt.

Quando *regalia* vocant *reſervata majeſtatis*, notari debet, iſtam appellationem non ſatis convenire cum aliis locis *Scriptorum I. P.* qui præter ea, quæ modo ex *Beſoldo* allata ſunt, ſive præter uſitata jura Imperii, *Reſervata Majeſtatis Imperatoriæ* vocant alia quædam innominata, Quæ, licet ſæpe peteretur, ut exprimerentur certis vocabulis, non ſine arcana arte, communi iſto & quaſi myſtico nomine diſſimulata ſunt. 3. Illud verò eſt abſurdum, ſi regalia nihil aliud ſunt, quam jura majeſtatis, illa ſoli Imperatori vindicare, contra *Capitulationes Cæſareas* & jus publ. Imperii; ſicut *Otto* facit *p.* 304. 307. &c. Imo inepte quæritur *p.* 310. *An Imperator etiam Regalia majora* (de

qua

qua diſtinctione in majora & minora parum præclare ſentiendum eſſe, alibi demonſtratum) *cæteris Principibus concedere poſſit?* Quaſi nunc demum diſputandum ſit: an jura majeſtatis, quæ Imperatori & Ordinibus pleraque communia facta ſunt ante tot ſecula, communia fieri poſſint. Imo magna audacia & prævaricatione contra jus publ. iſta participatio Imperii, legibus Imperii fundamentalibus præſcripta, & in hunc diem tot repetitionibus & confirmationibus roborata veluti in liberam conceſſionem Imperatoris confertur: Quaſi de privilegio aliquo nunc demum concedendo ageretur. Scilicet his hominibus mos eſt, tempora non minus quam vocabula confundere, & de *jure Imperii conſtituto*, tanquam *conſtituendo*, ultro quæſtiones movere.

Quæ *Limnæus p.* 313. annotat, rurſus manifeſtam *Ottonis* incuriam produnt. Quæſtiones autem illæ *p.* 311. *&* 312. vix deducuntur hodie in dubitationem. Adeò in ejuſmodi conceſſionibus omnia diſertè exprimuntur uſitatis vocabulis, aut enumerantur partibus, ut vix diſputationi locus relinquatur. Niſi quod vocabulo *juriſdictionis & ſuperioritatis* ... è ... dioi-

multæ ambiguitates quæruntur, quæ tamen explicantur ex uſu recepto & præjudiciis, & qualitate perſonę, cui aliquid conceditur. Idem dixeris de illis quæ *p.*313. & 314. quæruntur. *An jura Imperii præſcribi poßint?* erudite inquiſivit *Grot. I.B. l.*2. *c.*4. §.11. & *ſeqq.* inter *Doctores juris civilis* contrariæ ſunt ſententiæ, & ferè affirmativa apud Ordines Imperii in Germania receptior eſt. Vid. *Reinkingk. l.*1. *claſſe* 1. *c.*5. *n* 26. præſertim *l.* 1. *claſſe* 2. *c.*9. *n.*140. & *ſeqq.*

De *præſcriptionibus pag.*317. notatis vid. *Alciat.* & *Iacob. Lectius de præſcriptionibus.*

Rurſus quam ſibi diſcors ſit author, oſtendit *Limn. p.*318.

Quando dicitur *hac & ſeq. pag. ſoli Imperatori regalia, jure proprio competere*, poteſt id locum habere 1. In antiquis illis Imperatoribus. 2. In oppoſitione Pontificis Romani, quatenus Imperator nomine Imperii & cum Ordinibus Imperii regalia poſſidet. 3. Non autem excluſive quoad Ordines Imperii: ſicut jam ſupra ſæpius oſtenſum eſt.

Jure merito iterum vapulat ſupina negligentia *Ottonis*: cenſurâ *Limnæi p.*320. 321. 322. Ad *ultimam annotationem* referenda

renda ſunt, quæ *Conringius de finibus imperii* circa eaſdem civitates diſputavit.

Diſtinctio *regalium* in *majora & minora p.*324. quam ſit levis momenti, ad *Cellarii Politica* dictum eſt.

Quod *Regalia* perperam dicantur *ſoli Imperatori jure proprio competere p.*325. *Limn.* jam notavit *p.*328. Mox ſequitur: *Regalia conſiſtere in poteſtate juris dicendi:* Quod itidem perperam dicitur: Pars ſcil. pro toto. Per regalia enim plus, quam juris dicendi poteſtatem intelligi, ipſe author faſſus eſt.

Quæſtio, quæ *pag.* 326. proponitur, admodum inerudite tractatur; Primo enim male conjecturis res geritur, quando res legibus & pactionibus geſta eſt: Non enim demum quæritur, *an & quomodo Statibus Imperii juriſdictio conceſſa ſit?* Sed res publicis conventionibus & legibus pridem eſt conſtituta. 2. Imperatores antiqui cum recentioribus confunduntur. De quo perpetuo errore hujus operis, ſæpè jam dictum eſt. 3. etiam vulgaris regula *de conceſſionibus & privilegiis p.*327. male accommodatur ad pactiones Imperatoris cum Statibus Imperii. Unde & iſtud falſum eſt, *quod Imperator*

habeat

habeat concurrentem juriſdictionem cum Statibus Imperii, ſi ita indefinite loquamur. Vid. *Limn. I.P. l.4. c.8. n.284. & ſeqq. & l.9. c.2. n.82. & ſeqq.* & *Reinkingkius loco quem laudat Limn. p.328.*

Ius condendi leges univerſales non competit ſoli Imperatori, ſicut *Limn.* monet *ad p.329.* & ſupra jam aliquid dictum eſt. Vid. *Cellarii Politicam*, ubi agit *de jure ferendarum legum*: & præſertim *Carpzov. de Leg. Reg. Germ. cap. 3. ſect. 1.* Male autem hic *Otto* & alii *poteſtatem decernendi* ſive legislatoriam, quæ Statibus Imperii cum Cæſ. communis eſt, transformant in *authoritatem conſiliariam*: ſicut amplius monuimus in diſſertatione *de voto Imperatorio.*

Adde etiam *Limn. l.1. c.10. n.32.* De *jure nobilitandi* quod Imperatori competit, vid. omnino *Limn. I.P. l.6. c.1.*

De *Baronibus* ſeorſim quæritur *p.331.* Videatur autem omnino tractatio *Limnæi I.P. l.4. c.5.* Præſertim ſub *fin.* & add. *Beſoldi lib. de Comitibus & Baronibus.*

Circa quæſtionem quæ *pag.333.* movetur, notandum eſt, vix accidere, ut Status Imperii Feudo exuatur, niſi ob crimen majeſtatis, aut ejuſmodi delictum, quod proſcri-

proſcriptione puniri poteſt. Quia autem proſcriptio alicujus Status Imperii non in ſolius Cæſaris arbitrio eſt relicta, ſed ad Ordinum conſenſum reducta per *Inſtrumentum Pacis*, facilè apparet, quid in hac quæſtione uſu venire ſoleat. Vid. omnino quæſtionem ita propoſitam: *An cognitio de feudis Imperii, Imperatori ita competat, ut ſolus eam ſuſcipere & ſententiam dicere in hiſce feudalibus negotiis poſſit?* Apud *Limn. I. P. l. 2. c. 9. a num. 32. & addition.*

De quæſtione quæ *pag.* 304. proponitur, *de novis hominibus*, vid. omnino *Limn. I. P. l. 6. c. 5. n. 50. & ſeqq.* Ubi præſertim *n. 53.* vere ſtatuit: *Imperatorem poſſe novo homini poteſtatem dare, ut interſit ludis equeſtribus.*

Quod de *Archiducibus Auſtriæ p. 336.* adfertur, merito refutavit *Limn.* loco quem ipſe indicat *p. 337.*

In quantum nobilitas exercitio vilium artium diminuatur, vid. ap *Limn. I. P. l. 6. c. 5. n. 76. & ſeqq.* & adde *Tiraquellum de nobilitate.*

Doctores immediate (p. 338. & 339.) à Cæſare creari poſſe, & *iiſdem privilegiis gaudere, quibus gaudent in Academiis creati*, certum

eſt

eſt, & à *Limn.* amplius demonſtratum *I. P. l. 8. c. 8. n. 9. & 10.* ſed opinio interdum apud homines nullis legibus infringi poteſt, quanquam Doctoribus ita creatis, quoad effectus juris, nocere non poteſt: Idem de *Magiſtris & Poëtis* ſentiendum eſt.

Pag. 339. De *notariis* vid. omnino *Martinum Magerum de Advocatia armata c. 27. n. 231.* Ubi oſtendit, *notarios à ſummo Principe, jure ſupremi Imperij, ut aliqui loquuntur, vel jure maiorum regalium, ut cæteri loquuntur, cum pleno effectu creari poſſe*, & privilegia in *ſeqq. num.* declarat. Adde etiam *Speidelium in Notabilibus voce* Notarien/ ubi pleraque ex *Magero* deſcribit.

Pag. 340. De Spuriis legitimandis vid. *Limnæum I. P. l. 2. c. 9. n. 140. ſeqq.* Illa quæſtio *de ſpuriis alieni Imperij* fruſtra adfertur. Veniunt enim hæc à jure civili, & ſummæ poteſtati propria ſunt in quavis civitate. Unius autem civitatis leges alterum non obligant, niſi ex conventione & pacto.

De *jure famæ reſtituendæ p. 341.* vid *Limn.* & quos laudat *I. P. l. 2. c. 9. n. 143. & ſeqq.*

Quæ *pag. 342* dicuntur *de liberandis ad novum introitum Principis, captivis, & reducendis*

cendis relegatis, res non tam eſt juris, quam facti, in gratiam Imperatorum tolerati: Nec conſuetudinem perpetuam habet.

De *venia ætatis concedenda p.* 342. iterum vid. *Limnæus l.* 2 *I.P.c.*9.*n.*148. *uſq. ad fin.*

De *Iudicio Imperiali Aulico* ad *pag.* 43. pleraque diligenter collegit *Limn. I.P.l.*9.*c.*4. ubi etiam die Reichshoffrathsordnung exhibetur. Adde *tomos additionum*.

De *Camera Imperiali Spirenſi* itidem *Limnæus* vid. *l.*9 *c.*2. cum *additionibus* & adde *Ioh. Strauchij exercitationum exotericarum* 13. De *recuſatione judicii Cameralis*; ubi *originem Cameræ* exponit: Deinde *unde juriſdictionem, & an propriam an vero delegatam & in quibus cauſis habeat?* Inde controverſia *de cauſis religionis* egregie declaratur. Cæterum in *ordinationem Cameralem* inprimis celebratur *Denaiſii* libellus: addi debet *Mindanus de proceſſu in Camera.* vid. etiam quid *Inſtrumentum pacis* circa Cameram conſtituerit *art.*5. §.20. *uſque ad fin.*

De *concurrente juriſdictione Imperatoris & Cameræ* ad *p.*347 vid. omnino *Limn. de Camer. Imperiali*, quem jam laudavimus. Videatur etiam *Iacobus Lampadius in Rep. Rom. Germ. part.* 3. *c.* 3. §. 7. *& ſeqq. uſque ad fin.*

ſin.cap. Adde etiam *caput* 14. & vid. omnino *Paurmeiſter.l.2.c.6 per totum.*

De *judicio Rotvvilenſi* ad *p.353.* vid. *Limn. I.P.l.9.c.3.* & *Speidelium in Notabilibus vocabulo* Rotwiliſch Höffgericht/ & *Paurmeiſter. l.2.c.7. De Rotvilenſis Dicaſterii juriſdictione.*

De *Regimento* cuius mentio fit *pag* 354. Vid. *Wehneri obſervationes ſub vocabulo* Reichs Regiment. *p.559. & 560.* Et *Speidelium in Notabilibus vocabulo* Regiments-Rath.

Circa *ultimam provocationem p.355.* nulla ratione comparatio petitur à Dictatore Romano.

Nota Limnæi p.356. bona eſt & alibi latius explicata. Quomodo enim appelletur ab Electore Brandeburgico vid. apud *Limnæum l.3.c.11.n* 10. Ab Electore Saxonico *l.3.c.10.n.37.* Quando liceat à Moguntino provocare *l.3.c.4.n* 7. à Trevirenſi *l.3.c.5.n.19.* Quod à ſententiis Electorum nulla detur provocatio, vid. idem *Limn. l.3.c.2.n.68.* Addatur *Sinold* Schütz *volum.1. I.P. diſp.7. theſ.26.* & *Rumelin. in A.B.*

Ad *pag.359.* bene reprehenditur *Otto* à *Limn. p.362.* ut & *de Iure circa Florentiam p.363.*

Quæ-

Quæſtio *an a Cæſare male informato appellare liceat ad Cæſarem melius informandum? p.360.* Longe accuratius tractatur à *Limn.I P.l.2. c.9. n.120. & ſeqq.* & in *additionibus.* Adde *Schützium volum. I. diſp.3. theſ.24.lit.C.*

Quod *pag.359.* dicitur: *Quod de Imperatore dictum, recte trahitur ad alios reges;* id ex vulgari errore ortum habet: Quo credunt hypotheſin imperii Germanici, eſſe theſin politicam, ſive fundamentum de omnium aliarum civitatum politica judicandi.

Quantum attinet ad quæſtionem *de feudis immediatis,* tum quæ *pag.363.* movetur, tum quæ *pag.367.* vide omnino accuratiorem tractationem apud *Limnæum I.P.l.2. c.9. § 31 & ſeqq.* Ubi oſtenditur: *Imperatori abſque conſilio Procerum Imperii, tanquam Parium Curiæ, ſententiam pronuntiare non licere.* Etiam illa quæſtio, quæ *hic p.370.* proponitur, eodem ejuſdem libri capite declaratur à *num 74. uſq; ad 77. incluſive:* ubi itidem Imperatori ademptum hoc jus, Paribus curiæ tribuitur.

Quod *pag.373.* tangitur ille error, quaſi *Electores ſuos Electoratus à Bambergenſi Epiſcopo in feudum recipiant:* amplius refuta-

tum vid. apud *Limnæum* I. P. *l*.3. *c*.7. *n*.76. *& ſeqq.*

Quod *pag*. 376. dicitur *de jure cognoſcendi de crimine læſæ majeſtatis*, quod ſolius ſit Imperatoris; illud valde reſtrictum in *Capitulatione Ferdinandi III. art*.3. ubi Imperator promittit, *ſe neminem proſcripturum, niſi de conſenſu Electorum.* Et jam olim conſenſus omnium requirebatur. Vid. omnino *Limnæi annotationes ad illum articulum Capitulationis p*. 719. *uſque ad* 724. *Inſtrumento* etiam *Pacis* conſtitutum eſt, (*art*. 8.) ſed hactenus non effectum, ut aliquid in Comitiis ſtatuatur de modo & ordine, in declarando uno & altero Statu in bannum Imperii, præter eum, qui alias in Conſtitutionibus Imeprii deſcriptus eſt, tenendo.

De *jure civitatis* ad *p*.377. vid. omnino *Limn. Iur. Publ. l*.2.*c*.9. *n*.128.

De *jure ſecuritatis* & *ſalva guardia p*.377. *&* 378. ex profeſſo quidem egit *Bechtius* hic laudatus: Sed is refutatur in eo, quod *abſolutam & generalem ſalvam guardiam non niſi à ſummo Principe ſive Imperatore concedi ſtatuit*; à *Martino Magero de advocatia armata c*.3. *n*.136. ubi adde *ſequentes nume-*

ros

ros de diviſione ſalvæ guardiæ: & præſertim vid. *c.17. de actionibus adverſus ſalvæ guardiæ turbatores ac violatores n.110.& ſeqq.* Addatur *Speidelius in Notabilibus: voce Salva guardia*: & *Beſoldus in theſauro practico*; voce eadem: Ubi etiam illa quæſtio; *Utrum Vaſallus petens ab Imperatore Salvam guardiam contra Domini injurias & oppreſſiones, committat feloniam.* Quod negatur.

Quod *pag.378. de Poſtis ſeu curſu publico* dicitur, amplius explicandum eſt ex *Limnæo l.2. I.P. c.9. n.133. & ſeqq. Cum additionibus.* Addatur *Beſoldus in theſauro practico, voce* Poſt & Poſtmeiſter / ubi caſus refertur juris poſtarum Imperatori vindicati, annis ſuperioris ſeculi 79.96.97.

Ius Belli indicendi non ad ſolum Imperatorem ſpectare, ipſe author fatetur *p. 379.* vid. *Capitulatio Caroli V. art.11.* & præſertim *Limn.in commentario ad illum art. à pag.185. uſque ad 189.* Abſurde in *pag. 380.* dicitur, *ad jus pacem faciendi pertinere pacem publicam*; Si enim jus pacem faciendi pertinet ad ſolum Imperatorem (ut ipſe quidem *Otto* putat, quanquam revera eadem ratio eſt de jure pacis, quæ de jure belli) quis neſcit, Pacem Publicam eſſe Conſtitutionem totius Imperii, id

eſt, habere authores, non Imperatorem tantum, ſed etiam Ordines, ſicut de pragmaticis Conſtitutionibus Imperii ſatis conſtat.

*Pag.*380.*&* 381. *Ius pangendi fœdera*, inter regalia ſolius Imperatoris refertur. Cum tamen *Capitulatio Carol.V. art.*7. & *Limn.* ad iſtum *art.p.*159. *uſq; ad* 162. contrarium oſtendant.

Quæ *de fœderibus* p. 381. *& ſeqq.* generalia tradit, rectius ex Politicis repetuntur; & inprimis ex *Grotii l.* 2. *c.* 15. Qui etiam melius explicat, *quid ſit majeſtatem alicuius comiter conſervare, l.*1.*c.*3.*n.*21.

De *rebus defendendis* ad *p.*383. *&* 84. &c. vid. *Grot.I.B.l.*2.*c.*1.*n.*11.*& ſeqq.*

Quæſtio illa *p.*385. incautius proponitu; Non enim in Imperio Rom.Germ. tam quæritur, *an religionis cauſa liceat fœdus contra Imperatorem inire?* (Ita enim utilior ſtatus formatio prætermittitur, & periculoſa eligitur:) Quam *an liceat regalia, quæ Ordines, Imperii habent*, (inter quæ etiam eſt jus religionis) *fœdere facto, adverſus quemvis violatorem, etiam ipſum Cæſarem, defendere?* Præterea in hac tractatione male ad mentem ſuam loquitur *Otto* alibi explicatam, quo

Imp

Imperatorem tantum pro *magiſtratu* habet, & infirmum argumentum, ex analogia juris privati, petit.

De *titulo Advocati Eccleſiæ* merito caſtigatur à *Limn.p.*486.

Quæ *de fœdere Smalcaldico p.*388. *uſq.* 391. afferuntur, rectius peti poſſunt ex *Hortlederi* ſcriptis, *de juſtitia belli Germanici contra Carol V. Imp. ab ordinibus Germanicis Proteſtantibus geſti*, apud *Goldaſtum in Politicis Imperialibus parte ultima ſive* 31. Addenda ſunt *acta publica Hortlederi c.*8. per totum & *Limn I.P.l.*4.*c.*6.*n.*31.*& ſeqq.*

Ad *pag.* 397. *Omnibus Imperii Statibus competere jus fœderis, tum inter ſe, tum cum exteris*: vid.ap.*Limn.l.*4.*c.*8 *n.*28.*& ſeqq.*

De quæſtionibus *p.*394. *&* 396. motis, vid. quæ notavimus ad *Grot.I.B.l.*2.*c.*15.*n.* 8. *& ſeqq.*

In *pag.*399. quod de *fœdere Chambortico* dicitur, rectius peti poteſt ex *Scriptoris Galli* præclari fide hiſtorica (*Thuanus* deſignatur) *l.*10.*p.*314 *& ſeqq.* Ubi *ipſe Rex Galliarum, Mauritio & cæteris Fœderatis gratiam facit paciſcendi cum Cæſare.*

Quæ *eadem pag. & ſeqq. de fœdere clientelari* tractantur, omnium accuratiſſime

expedivit, & hoc totum argumentum exhauſit *Mart. Magerus de Advocatia Armata.*

Circa *pacta illuſtrium familiarum p.401. & ſeqq.* merito cenſuram *Limnæi* experitur *Otto p.401. & 406.* Præcipuus autem Scriptor huius argumenti omiſſus eſt *Nicolaus Betſius* in tractatu *de ſtatutis, pactis, conſuetudinibus familiarum illuſtrium & nobilium.* Vide Schütz *volum.1.I.P. diſput.6. theſi 29.* cum prolixa explicatione & *Limnæus l.4. I.P. c.8. n.126. & ſeqq. in additionibus.*

Ius mittendi legatos, p.407. non pertinere ad ſolum Imperatorem, in Imperio noſtro, ſtatim fateri cogitur. Ubi nota, quod dicit, *Principes Germaniæ habere jura majeſtatis*: Quod ipſius aliis hypotheſibus non convenit, & vulgo impugnatur. Qui autem volunt ita loqui: *Principes & Status Imperii habere jura majeſtatis in ſuis Principatibus & territoriis*, illi cogentur, ſi volent accurate loqui, concedere: *Imperium noſtrum Germanicum, eſſe ex pluribus ſingularibus Rebuspublicis arctiſſime fœderatis, contextum corpus, quod naturam unius civitatis ſive reip. imitetur.*

De *armandia* itidem, ad ſolum Imperatorem pertinente, omnino vid. *Limn. I.P.l.4. c.8. n.207. & ſeqq.* De

De *viis publicis p.*409. vid. omnino *Beſoldum in theſauro practico voce* Landſtraſſen, ubi fatetur: *Quanquam jus viarum publicarum habeatur de reſervatis Imperatoris, negari tamen non poſſe, Principes, Duces, Comites, Barones, & alios, quibus conceſſio meri & mixti Imperii ab Imperatore facta eſt, juriſdictionem in viis publicis exercere poſſe. Adeo ut cognitio quoq; & executio criminis alicuius, velut homicidii in via publica commiſſi, ad eosdem ſpectet.* Additque: *cum Principibus tales vias publicas habentibus, & iter facientibus & mercimonia vehentibus, vectigalia, gabellæ ac pedagia ſolvantur, conſequens eſt dicere, ad eos quoque pertinere viarum ſecuritatem: ut ſua iter facientibus præſtetur aſſecuratio.* Adde eundem *Beſoldum in diſputatione de regalibus theſauro ſubjuncta c.* 8.§.4.*lit.E.* Ex illis quæ *Beſoldus* tradit, etiam judicari poterit de quæſtionibus, quæ moventur *p.*411.412.& 413.ſed omnino videndi ſunt *Wehnerus in obſervationibus practicis* vocabulo Zent/Fraiß.*p.*700.& *ſeqq.* Inprimis 703.704.705.709. & *Speidelius in Notabilibus voce* Fraiß. & *Beſoldus in eadem voce.* Fraiß enim Germanicè explicatur die Maleſitziſche hohe Obrigkeit.

De *fluminibus*, ad *p.* 413. idem judicandum eſt, quod modo *de viis publicis* dictũ eſt. Vid. omnino *Speidelium voce* Waſſer/ Waſſerrecht/ & citatos ibi *Scriptores*, & *Beſoldum vocabulo* Fluß/ vnd gemeine ſchiffreiche Waſſer/ & *Wehnerum voc.* Waſſer vnd Weidt.

De *molendinis* vide *Speidelium* in *Notabilibus voc.* Mühlbeſichtigung. &c. ubi movetur quæſtio, *cui competat inſpectio molendinorum: ſuperiori ne, an baſſæ juriſdictioni?*

Ad quæſtiones *p.* 414. *ſeqq.* videatur omino *Heringius* in tractatu ſingulari *de molendinis*, & *Scriptores* citati *Beſoldo* in *theſauro practico* voce Mühlen.

Quæſtio *de Venetorum jure p.* 416. *&* 417. ad *dominium maris* pertinet: de quo vid. *Seldenum in Mari Clauſo l.* 1. *c.* 61.

De *portoriis* videatur etiam *Ianus Gryphiander in tractatu de Inſulis.*

De omnibus autem hiſce, quæ & dicta ſunt, & in *ſeqq. pagg.* dicentur, tenendum eſt, *quod Imperii Ordinibus etiam competant, neq; ſoli Imperatori propria ſint.*

De *vectigalibus* & *tributis*, omnium optime & ad Imperium noſtrum accom̃odatiſſime egit *Caſpar Klockius.* Cæteros Scriptores require apud *Beſoldum in theſauro*

practi-

practico, vocabulo Zoll/Zollhäußer. Et *Speidelium in Notabil. vocabulo* Weggeld/*&* Zoll/ Zollgerechtigkeit.

De *jure monetæ cudendæ*, videatur *Limn. I. P. l. 3. c. 2.* & *Beſold. in theſauro pract. voce* Müntz/ Landmüntz/ Reichsmüntz. & *Speidelius in Notab. vocabulo* Müntz/ Müntzen Et *Webnerus* vocabulo Goltgulden.

Pag. 425. Ad Regalia, quaſi ſoli Imperatori propria, refert *jus mulctandi & puniendi*: Attamen, *vel conceſſione Imperatoris, vel certa præſcriptione immemoriali, ad alios etiam inferiores, ac adeo etiam Nobiles illud regale pertinere comperitur*, inquit *Beſoldus, in diſputatione de regalibus c. 9. Eoq;* (addit) *intuitu diſcitur, hodie mulctarum & pœnarum compendia, fructus eſſe juriſdictionis.* Adde eundem *Beſoldum in theſauro practico*, voce Frevel/ & *Speidelium in Notabilibus eadem voce.*

De *bonis vacantibus*, itidem conſtat, *fiſco hac in parte, agnatos, etiam ultra decimum gradum præferri*, apud *Beſoldum diſput. de Regal. c.* § 4.

De *bonis quæ indignis auferuntur* ad *p.* 426. vid. omnino *Arniſæum de jure majeſtatis l. 3. c. 6.*

Bona inceſtum committentis fiſco deberi, p. 437. ita explicat *Beſoldus* de *contrahentibus*

inceſtas nuptias, non autem *ſponſalia inceſta*, ſicut nec ad copulam carnalem inceſtuoſam hæc pœna reſtringitur. Cum nuptiæ inceſtuoſæ publice celebratæ, locum faciant confiſcationi, etiam copula non ſecuta. *Diſputatione de regalibus c.9.* §.3.

De *bonis damnatorum & proſcriptorum* videatur eadem *diſputatio eodem cap.*§.2.

De *crimine majeſtatis ad p.* 427. & 28. multa habet *Arniſæus de jure majeſtatis l.*3. *c.*6. Cæterum *an crimen majeſtatis committatur etiam adverſum Electores aliosq; Status Imperii?* petenda eſt ex homonymia vocabuli majeſtatis, de qua *Speidelius in Notabilibus*, vocabulo *majeſtatis*. Accurate loquendo, *crimen majeſtatis in Imperio Germanico committitur adverſus Imperium & Imperatorem: adverſus Ordines ſingulos Imperii, qui habent jura regalia & territorialia, committitur crimen, quod reſpondet crimini majeſtatis.*

De *Angariis & parangariis p.*429. videndus eſt *Cujacius* ad *titulum Codicis hoc nomine præſcriptum.*

Adde *Beſold. diſp. de regal. c.* 9. §. 10. & *in theſauro practico, vocabulo* Fron / Frondienſt. &c. & *Speidelium in eadem voce.*

Quæ

Quæ *pag*. 431. quæruntur, tantum ad eas poſſunt reſpublicas pertinere, in quibus ſubditi non ſimpliciter, ſed ſub certis tantum conditionibus parent: Secundum quas judicandum eſt: in cæteris enim abſurde ita quæreretur.

De *extraordinariis collationibus p*. 431. *& ſeqq* quo referunt alii etiam *collationem fodri, metata, epidemetica*, vide *Beſoldum in diſputatione de Regalibus c*. 9. §. 8. *&* 9. & adde *eundem*, ut & *Wehnerum* & *Speidelium* in vocabulis Reichsſteur / Römerzug / Türckenſteur / Steuer.

Pag. 434. De *argenti & auri fodinis*, iterum vid. *Beſoldum in diſputatione de Regalibus c*. 9 §. 5. *& in theſauro practico vocabul*. Bergwerck *&* Ertzgruben / ut & *Wehnerum ac Speidelium iiſdem vocibus*.

Pag. 435. De *Palatiis* vide omnino *Beſoldum* in *theſauro practico voc*. Pfaltz.

Ead. pag. De *piſcationibus* vid. *Beſoldum diſputatione de Regal. c*. 9. §. 6. Ubi bene addit: *regalibus quidem iſta à nonnullis annumerari, eſſe tamen judicanda ex uſu & conſuetudine cujuſq; loci*. Vide etiam *theſaurum practicum, vocabulo* Fiſcherey / ut & *Speidelium voce* Fiſch / Fiſchfang.

Pag. eadem de Salinis vide ſæpius jam laudatam *Beſoldi diſputationem de Regalibus*, quæ itidem explicat illum textum ex *feudis. de Regalibus, cap. 9. §. 5* & *Theſaur. pract. voc.* Saltzpfann.

Pag. 436. De *theſauris* iterum videnda *diſputatio Beſoldi cap. & § d. & theſaurus practicus voc.* Schatz/ut & *Speidelius voc.* Schatz/ Schatzgraben. Egit inprimis de illa materia *Dn. D. Marcus Otto*, peculiari tractatu *de theſauris*; Qui à Scriptoribus modo laudatis citari ſolet ſub nomine *D. Caſparis Bitſchij*.

Pag. 437. De *jure venandi*, iterum vid. *Beſoldus diſputatione de Regal. c. 9. §. 6.* & in *theſauro practico voc.* Jagen / Jagrecht / & Gnadenjagten / & voce Freye Bürſch / & voce Forſt / Forſt Obrigkeit / & voce Wildtbahn. Addendi ſunt etiam cum non nominantur, *Wehnerus* & *Speidelius*.

In CAP. XII.

RUrſus hic horrida illa methodus, verbis rem potius obſcurantibus, quam explicantibus, apparet.

Generalia ſunt & ex Politicis rectius petuntur, quæ *pag. 438. & 439. de legibus* adferuntur.

Legi

Legis fundamentalis nomen *p.439.in I.P.* ambiguè uſurpatur: hic ad *A.B.* & *Capitulationem* reſtringitur. Alii plures *Receſſus Imperij* hoc nomine comprehendunt; atque hodie comprehendi debet *Inſtrumentum Pacis*, ad Statum Imperii Germanici pertinens. Accurate loquendo, *lex fundamentalis eſſet, qua deſcriberetur forma ſive ſtatus cuiusq; reip.* qualis proprie apud nos eſt *Capitulatio Cæſarea*, quæ totum reip. Statum exhibet, & *A.B.* quę partem Status noſtri complectitur, nam de *Inſtrumento Pacis* jam diximus.

De *Aurea Bulla* ad *pag.439. & ſeqq.* agit *Limn. I.P.l.1.c.11.* & totis voluminibus *Gerlacus Buxtorffius in quadam capp.A.B. Arumæus in A.B. Rumelinus in eandem Beſoldus in theſauro practico voc.* Bull / Gulden Bull. & *Speidel. in voc.* Gulden Bull.

De *Capitulatione Cæſarea, ad pag. 442. & ſeqq.* vid. eundem *Limn.l.1. I.P. c.12.* qui & in *Capitulationes Cæſareas* nobilem commentarium edidit, & in *prolegomenis* multa huc ſpectantia poſuit. Addatur *Beſoldus in theſauro practico voc. Capitulatio* Kayſerl. *Capitulation.* Et *Speidel. voc. eadem.* Inprimis etiam *Carpzov. cap.1. commentar. in leg. Reg. Germ.* ſive *Capitulationem Imperatoriam.*

De

De *Conſtitutionibus Imperatorum Germ.* *ad p.*446. Videndi qui ſcripſerunt de *Receſſibus Imperij* E.Gr. *Limn.1. P. l 9.c.1* §.193. *& ſeqq. Speidel. in voce* Reichs-Abſcheid. & *Beſoldus in theſ. Pract. voce eadem.* Quantum ad *Goldaſti* collectionem attinet, conſtat ea *tribus tomis conſtitutionum* latinis, tum Germanico der Reichsſatzungen. In quibus reperiuntur aliqua ſuppoſititia, & nunquam in uſum deducta.

De *Privilegiis, ad pag.*447. videatur *Beſoldus diſput. de Reg. c.1.* §. 4. *& 5. & in theſ. pract voc.* Privilegien.

De *conſuetudine ad p.*449 vid. omnino *Beſoldum theſ. pract. voc.* Gewonheit.

Vocabulum *Sanctionis, eadem pag.* improprie uſurpatur: *Sanctio enim* proprie eſt *ea pars legis, quæ pœnam ſancit.* Sed nimirum hæc *de legibus* Philoſophia *pag* 9. *& ſeqq.* partim à *Limn.* recte reprehenſa; rectius ex Politicis petitur.

In CAP. XIII.

NOtari debet 1. *de Statibus Imperij* nequaquam ita eſſe loquendum, ſicut de aliorum Principum conſiliariis, qui præter authoritatem ſuadendi, nihil participant poteſtatis. Itaque hæc con-

confuſio apud Scriptores J. P. intolerabilis eſt.

Unde nec illa quæſtio *pag.*454. de *Imperatore noſtro* recte proponitur, confuſis iterum vocabulis, & Philoſopia rerum. Si enim de jure quærimus, quivis Princeps, non agnoſcens ſuperiorem, poteſt decernere & ſtatuere abſque conſiliariis; qui ad decretum faciendum, non ſunt neceſſarii: niſi neceſſitatem hic attendas, quæ à Philoſophis dicitur *neceſſitas expedientiæ.* Atque ita mutatur quæſtio, neque amplius intelligitur de jure, ſed ita dubitatur: *An conſultum ſit, & utile, ſi Princeps in gravioribus negotiis non adhibeat conſiliarios?* At de Imperatore Germ. inepte ita quæritur. Is enim ad decernendum de pace & bello aliisq; arduis negotiis, Status Imperii non adhibet libere, tanquam conſiliarios: Sed ex *neceſſitate legis publicæ*, ut ſocios faciendi decreti, ſine quorum neceſſario conſenſu ne fieri quidem poſſit decretum.

Quæ *de Conſiliariis* tractat *p.* 455. *uſque ad* 461. otioſe hic inſeruntur, & Politicorum propria ſunt: Quorum toti extant de hoc argumento commentarii. Vid. quæ *ad l.*3.*pol.Lipſ.* diximus.

Pag.

*Pag.*461.incipit tractare *de Comitiis*: de quo argumento in *Nucleo I.P. Bernhard. Bertram diſp.* 20. egit. & luculento opere *Dominicus Arumæus de Comitiis Rom. Germ. Imperÿ.* Adde *Schützii volum.*1.*I.P.diſput.* 10.*de Comitiis Rom. Germ. Imperii*: vnd den teutſchen Bericht / wie es bey Reichstägen pflege herzugehen. Inprimis hanc materiam illuſtravit *Auctor* der Grundfeſte deß H. Römiſchen Reichs. Nam *Hagenus, in Comitiologia* ſtudiis partium & aliis defectibus laborat. Conjungantur *Lexica Iur. Pub. i. e. Wehnerus voc.* Reichstag. *Speidel. in Notabilibus*: *Beſold. in theſ.pract.*

Pag. 461. Comitia antiquorum Romanorum nihil huc pertinent. In deſcriptione Comitiorum generalium, in ipſo limine ſtatim impingit, ſicut *Limn.* jam animadvertit:

Sicut etiam in cauſa efficiente *p.* 46[illegible], ita procedit,ut ſtatim corrigere cogatur, quod ſemel dixerat.

*De Rege Bohemiæ p.*465. ad comitia vocato,vel non vocato, *p.*465. vid. omnino *Limn.l.*3. *I.P.c.*2. *& præſertim* 4.*una cum additionibus.*

De Nobilibus (ead.pag). Imperio immediate ſubiectis vid. *Beſoldum in theſ.pract. voce* Fr[illegible]

Reich[illegible]

Reichs Ritterſchafft. Et *Speidel. in Notabil. voc.* Frey Reichs Ritterſchafft / Freye von Adel. Ad quorum privilegia recte intelligenda, etiam adde *Wehnerum & Scriptores jam laudatos voce* Landſaſſen.

De matricula Imperij redintegratione pag. 466. quam *Inſtrumentum pacis* etiam urget, vid. inprimis elegantiſſimam orationem *Oelhafii in Templo pacis.*

De *loco Comitiorum* vid. omnino *Arumæum*: primo quidem *an extra fines Imperii eſſe poßint?* Tractatu de *Comit. c. 5. n. 27. 31. & 36.* 2. *an ad locum definiendum Electorum conſenſus ſit neceſſarius? Eod. c. 5. n. 27. & & c. 5. n. 37.* 3. *An de uno loco in alium ſine conſenſu Electorum transferri poßint comitia? c. 5. n.* 28. 4. *An in omnibus locis, qui in circulo Imperii continentur, haberi poßint?* Cap. *eod. n. 31.* 5. *An in Italicis Principatibus Imperio ſubjectis, c. eod. n.* 32. 6. *An in Bohemia? cap. eod. n. 33.*

De literis vocatoriis pag. 468. vid. omnino etiam *Arumæum de Comitiis c. 5. à principio*, & conſidera præſertim formulam *literarum vocatoriarum n.* 1.

De *Pappenhemii*, Imperii Vicemareſchalli (ad *p.* 469.) *antiquißima dignitate & officio in comitiis* et & *de juriſdictione*: ad

quæſtionem ſeq. vid. omnino *Arum. de Co-mit. c.6* §.41 *& ſeqq.* uti etiam §.44. *& ſeqq.*

De *controverſia inter hæreditarium* *Pappenheim*; Et *aulæ Cæſareæ Mareſchallum*, *Anonymi diſſertatio* inſeritur uſq; *ad* § 13.

Ordo ſedendi ad *p.*470. *& ſeqq.* apud *eundem Arumæum* prolixe tractatur; *De Comitiis c.*7. mutatio tamen aliqua facta eſt, quæ deſcribitur in *Inſtrumento pacis*. Videatur etiam *hiſtoria noviſſimorum Comitiorum* apud *Authorem* der Grundfeſt. *parte ſec. c.* 4. *&* 5. Ubi etiam ad *pag.* 108. *Schematiſmus* exhibetur.

Apud *eundem* videre licet, quæ *pag.* 471. *&* 72. habentur.

De *Conſultatione p.*473. poſt propoſitionem, vid. omnino *Arum. de Comit. c.*7. §.11.

De *Voto Civitatum Imperialium non conſultativo tantum, ſed etiam deciſivo*: ſicut ab antiquo jam optimis rationibus nitebatur cauſa Civitatum, ita per *Inſtrumentum pacis art.* 8. §. *tam in univerſalibus*, nullus dubii locus eſt relictus, niſi quod in noviſſimis comitiis, de modo exercendi illius voti ſc. *an Civitates ad re- & correlationem ſint admittendæ?* diſceptatum eſt.

Ad *p.*481. de *votis maioribus* aut *ſanioribus in Comitiis*, quæſtio moveri facilis

quæ

quam decidi poteſt. Quis enim diſcernet, *quanam ſint ſaniora vota?* Vid. *Limn. l. 9. c. 1. § 171. ad* 181. In *ſeqq.* autem agit *de cauſis exceptis, ſive maioritati votorum non ſubiectis.*

Ead. pag. De *re- & correlatione Statuum* rem valde explicatam dedit *Arum. de comit. c. 7. §. 151. & ſeqq.*

De *quæſtione* quæ *pag.* 482. movetur; vid. *Arum de Comit. c. 8. §. 84 & ſeqq.*

De *Sigillatione* ad *p.* 485. & *ſubſcriptione* ad *p.* 487. vid. omnino *eundem eod. c.* §. 96. *& ſeqq.*

De *Comitiis Electorum*, von den Churfürſten oder *Collegial*tägen. vid. *Arum. de Comit. c. 2. §.* 27. 28. 29.

Limnæus craſſos errores notavit *p.* 490. 91. 492. 493. 494.

De *Conventibus Circulorum ad p.* 495. item videndus *Arum. de Comit. c. 2. §. 37. uſq. ad finem.*

Nam *Limnæus* & *cæteri Scriptores* nominantur ab aliis; *Arumæi* hic crebrior fit mentio, quia Tractatus ejus *de Comitiis*, hoc genere antecellere putatur.

Ad *p.* 497. De *Deputatorum conventibus* ſit *Arumæus de Comit. c. 2. §* 32. *uſq. ad* 37. adde die Grundfeſte. *part. 3. c. 6.* Otto

 hic

hic quoque merito corrigitur à *Limnæo p.499.*

De *Viſitatorum Comitiis*, *Arumæus c. 2. §. 48. ad fin.* videndus. Eſt hoc quoque caput inter ea, quæ *Inſtrumentum pacis art. 8.* ſelegit in *Comitiis amplius deſinienda.* Et tentatum quidem tale aliquid eſt, decretumque in noviſſimis Comitiis. Sed eo effectu hactenus caruit.

In CAP. XIV.

Authore, hic ſuo more horrida ſua Philoſophia utitur. Quam inepta eſt enim appellatio, *Officiarium externum* appellare, quo Imperator ad exteros utitur: nam vox *Officiarii*, & in *Publicos*, & *Aulicos* diſtinctio, ſuis incommodis non caret. Neque quicquam hic ſatis accurati eſt.

De *Archicancellariis S. Rom. Imp. & Cancellariis*, diligentem librum edidit *Bernhardus à* Mallin*krot.* Hic enim ex profeſſo hoc argumentum tractavit, quod *Scriptores Iur. Publ.* in ſingulorum Electorum Eccleſiaſticorum deſcriptione tangere tantum ſolent.

De *Archivo ad p. 504.* vid. *Speidel. Notabil. in voc. Archiv.* & *Beſoldum in theſ. pract. eâd. voc.*

De

De *Officiis*, quæ vocat *Politica*, *Archipincernæ*, *Archidapiferi*, *Archimareſchalli*, & *Archicamerarii ad p. 504. & 5.* agunt *Scriptores I.P.* in deſcriptionibus Electorum ſecularium. Adde *Lexicographos I.P. vocabulis* Erb- vnd Erbämpter.

De *Legatis Otto p. 507. uſq. ad fin. cap.* generalia politica ita repetit, ut nullum collectionis operæ precium fecerit. Longe ſolidiora & exactiora dabit *Grot. I.B. l. 2. c. 18.* cum *Scriptoribus ibi laudatis.*

In CAP. XV.

MEliora & accuratiora *de Romanorum Rege* vide apud *Limn. l. 2. c. 15. toto.* Vix enim merentur quæ *Otto* hic tradit, ſingillatim examinari. Et *Limn.* quædam craſſiora, Annotatione ſua correxit.

In CAP. XVI.

DE *Vicariis & Vicariatu Imperii*, quæ ordinarie traduntur, habes apud *Limn. l. 3. c. 12. toto.* Cæterum noſtro tempore magna diſputatio mota eſt inter Electorem Palatinum & Bavarum, de Vicariatu, *an ſc. is tanquam Comiti Palatino, aut tanquam Electori competeret?* Priorem ſenten-

tiam Palatinus, poſteriorem Bavarus ſcri-
ptis contrariis editis propugnarunt. Edi-
ta eſt & *Freinshemii diſſertatio*, ſub nomine *Gratiani Philœci de Vicariatu Imperii*. & *Gallica diſſertatio Ezechielis Spanhemii.*

In CAP. XVII.

COmparatio illa, *de capite & membris* recte explicanda eſt, nec ultra ſcopum trahenda: ſicut jam ſupra monuimus. Unde etiam comparatio illius textus ex *leg. quiſquis. 5. C. ad L. Iul. majeſt.* proprie huc non pertinet. Agitur enim ibi *de Conſiliariis & Miniſtris Principum*; *Status* autem Imperii, & jus & dignitatem majorem significat.

Pag. 540. Quinam ſint Status Imperii & unde dignoſcantur? accurate tractavit *Limnæus l. 1. c. 7. per totum.* vid. præſertim *num. 86. 87. & ſeqq.* Adde *Speidelium in Notabilibus voce* Reichsſtänd. De *Exemptionibus & exemptis* laudatur *Victoris diſſertatio hic citata*, quæ extat in *Nucleo Iuris publici*.

De *Auſtregis. p. 544.* quam parum accurate *Auctor* agat, *Limn.* monuit. Quem potius de hac materia vide *I. P. l. 9. c. 5. tot.*

Illa quæſtio, quæ proponitur *p. 547.* parum recte explicatur. Eſt quidem iſta regula omnibus in ore, *Quilibet Princeps & Status tantum poteſt in ſuo territorio, quantum Cæſar in Imperio*: Sed quam incongrue id dicatur, monſtravit partim *Jac. Lampad. de Conſtitutione Imperii Rom. Germ. parte 3. c. 3. n. 19 & 20.* ſed nondum ſatis res eſt expedita: Neque enim recte dixeris, *Princeps aut Status tantum poteſt in ſuo territorio, quantum Cæſar in Imperio: ſc. in Comitiis* Ecce enim Cæſari communiter tribuunt ſemiſſem poteſtatis in Comitiis, ſemiſſem autẽ Ordinibus: Jam vero Principes & Status, in regalibus exercendis in ſuo territorio non habent ſemiſſem poteſtatis, ſed potius totam. Exceptis ſi quæ Cæſar in univerſo Imperio ſolus habet.

Quæ *pag. 549. & ſeqq.* habentur *de Electione & ſucceſſione*, valde confuſe tractantur. *Aliud* enim eſt quærere *de ſucceſſione ex jure naturæ & gentium*: quem locum *Grotius* diligentiſſime excoluit. *l. 2. c. 7.* & *aliud* eſt quærere *de ſucceſſionem jure diverſo, quo Principes in Imperio Germanico utuntur*: de quo egit *Limn.*

*l.*4. *c* 8. *n.* 107. *& ſeqq.* Hinc potius illæ quæſtiones peti debent, cum hic plane nihil accurati occurrat. Sicut *Limn.* etiam in *annotationibus* ſuis paſſim monuit.

De *Lege Salicâ* ad *pag.* 566. *&* 567. vid. eund. *Limn. in Notitia regni Franciæ. l.*1. *c.*1. *lit.* B. *&* C. *& l.* 1. *cap.* 8. *litt.* F. *& ſeqq. uſque ad* GG.

Succeſſionem ſuſpenſam dicere, præter quam quod fundamento caret, ſicut notavit *Limn. ad p.* 569. etiam inſolens eſt. Sicut ſæpe hic Author ſolet horridas ejuſmodi locutiones adhibere.

De *Tutela Electoris impuberis*, integris diſputationibus diſceptatum eſt, inter *Gevvoldum* JCtum Bavarum & *Marq. Freherum.* Eſtq; illa controverſia recuſa in *Repræſentatione Imperii Germ.* Adde omnino *Limn. l.* 3. *c.* 7. *n.* 36. Hæc ad *pag.* 570. & *ſeqq.*

De *Ætate* 18. *anni*, qua Elector ad Electoratum admittitur, *pag.* 573. vid. *Limn. I.P. l.*3. *c.*7. *n.*37. *uſq;* 69.

Quæ *pag.* 577. De *bellica & fraudulenta acquiſitione* habentur, ad generalia politica pertinent; neque locum habent in

Imp.

Imp Germ. Nam quod *de translatione ad Francos* diſſeritur, alterius loci eſt, & meliorem requirit Authorem.

In CAP. XIIX.

IN enumeratione *Archiepiſcoporum* rectius verſatur *Limn. qui l.* 1. *c.* 8. Catalogum Archiepiſcoporum ad Imperium Romanum ſpectantium exhibet. Notanda etiam eſt mutatio in Archiepiſcopo Bremenſi: ille enim in Ducem migravit, & hodie Dux Bremenſis, extincta Archiepiſcopi appellatione vocatur.

De *Riga ab Imperio avulſa*, vid. *Limn. l.* 1. *I.P. c.* 9 *n.* 51 *& in addit.*

De *Cardinalibus* ad *p.* 583. vid. *Speidelii Notabili. c vocabulo* Cardinal.

Epiſcoporum catalogum ad *p.* 585 melius exhibet *Limn. l.* 1. *c* 8. adde *Speidel. Notabilibus voc.* Biſchoff/ Biſthumb / ubi pleroſque alios laudat. Addenda eſt diſputatio *Couringii de Epiſcopis Germ.*

De Principibus ad *p* 594. *& ſeqq.* videatur omnino *Limn. I.P. l.* 4. *uſq. ad c.* 8. Adde *Speidel.* & cæteros *Lexicorum I. P. Scriptores* in vocabulis Ertzhertzogen/ Hertzogen/ Fürſten/ Marck- und Landgrafen.

De quæſtione quæ movetur *p.* 597. de *Legatis Principis*, vid. omnino *Limn l.4 c.5. n.55. ſeqq.*

Eadem pag. movetur quæſtio *de Præcedentia Principum unius familiæ*; Ad quem quia non reſpondet Author, reſponſio petenda eſt ex *Limn.l.4. c.9.n.70.* ubi prærogativa decernitur. Quæ *de præcedentia* alias annotantur *p.* 597. negligenter admodum adferuntur, & accuratiore annotatione opus habent. Quam petas licet ex *Limn.l.4.c.9.*

De *Ducibus* & *Archiducibus* ad *pag.* 598. *ſeqq.* videatur *Limn.l.4.c.3.*

Quæſtio de *Duce Veneto & Genuenſi*, itidem habetur apud *Limnæum l.4. c.3.n.16. 17.uſq, ad* 21. Certum autem eſt, nequaquam comparandos eſſe Germanicis Ducibus, qui juribus ſummi Imperii cenſentur: cum illi in ſuis Rebuspublicis authoritate tantum & dignitate quadam polleant.

De *Comitibus Palatinis*, quatenus ſunt Principes, non eſt qui plura aut exactiora tradiderit, quam *Marq. Freherus* in *Originibus Palatinis* hic laudatus *p.* 605. & 606.

De *Landgraviis* & *Marchionibus* ad *pag.* 606. & 607. vid. *Limn.l* 4. *c.*4. & add. *Spei-*

del.

del. Wehner. Beſold. in libb. de ſignificationibus voc. I. P. Apud *eoſdem* requiras de *Prælatis & Abbatibus ad p.* 608. *&* 609.

De *Baronibus* itidem vid. *Limn. l. 4. c. 5.* & laudari modo *Scriptores voc.* Freyherren. De *Comitibus in voc.* Grafen. & apud *Limn. l. 4. c. 4. ad p.* 610. 611. Commendari hac occaſione meretur *Antonii Dadini Alteſerræ* opus de *Ducibus & Comitibus provincialibus Galliæ.*

Pag. 616. male iſtud tanquam fundamentum juris adfertur *de dignatione Comitis* ex vicenaria profeſſione: Sicut non tantum *Limn.* hoc loco, ſed & qui *de Academiis* ſcripſerunt, *I. P. Authores*, & inter eos *Lanſius de Academiis*, notarunt.

De *Baronibus* & differentia inter *Barones* & Edelherren / ad *p.* 616 *&* 620. vide omnino etiam *Beſoldum in Theſauro practico voc.* Herrſchafft / quod ſæpe idem eſt ac *Baronia.* Rurſus inſignem imperitiam ſive negligentiam reprehendit *Limn. p.* 621 *&* 622.

De vocabulo *Civitatis*, & Germanico, Statt / Reichsſtatt / Freye Reichsſtatt / ad *pag.* 623. *& ſeq.* vid. eos qui *de ſignificationibus verborum* I. P. ſcripſerunt, ſæpe hactenus laudatos.

Rur-

Rurſus inſignes ſunt cenſuræ *Limnæi*, quibus caſtigatur negligentia *Ottonis* p. 628 *ad* 31.

De ipſis autem *Civitatibus* & earum enumeratione agitur apud *Limn.l.7.c.1.*

Statuum pleniorem recenſionem vide apud *Goldaſtum tomo 1. conſtit.p.34.* Ubi habetur hic titulus: *Corpus S. Imperii Rom. Germ. in ſua membra & officia quadripertitum.* Sed notari debet, hanc recenſionem vix ullo in uſu eſſe. Sunt enim quædam pridem ab Imperio Germanico avulſa. Neque omnes appellationes ſatis fundatæ, aut diſtinctiones ſatis accuratæ. vid. *Limn. addit. tom. 2. p. 105.* Ubi etiam *Conringii judicium de his diſtinctionibus.*

De *circulis* ad *pag. 63.* vid. *Limn.l.1.c.7.* ubi pleraque huc ſpectantia reperies; Præſertim conjunctis *additionibus*. Adde etiam *Beſoldum, Wehnerum, Speidelium* in *Lexicis l. P. voc.* Kräiß.

Hac occaſione notandum eſt, *valde utilem eſſe Geographiam particularem ſingulorum circulorum.* E. g. Si circulus Auſtriacus tabula Geogographica delineetur, & aliâ Burgundicus, & ſic deinceps: qua in re non ſatis fuêre plerique diligentes.

In

In CAP. XIX.

E*fficiens ſubditorum cauſa p.640.* non recte aſſignatur. vera enim cauſa eſt *jus conſociationis*, ſicut à *Grotio* explicatur *l.2. de I. B. c.5. §.23.* Ex quo enim aliquis vult eſſe pars, ſive membrum alicuius ſocietatis civilis, ex eo ſe obligat, quod velit parere corpori, ſive ſummæ poteſtati.

De vocabulo *ſubditorum* dictum eſt ad *Politica Cellarii*, ubi plura in hanc rem.

Quæſtio *de Iudæis inter Chriſtianos ferendis*, tractatur *tum* à Theologis, ut à *Gerhardo in hoc loco de magiſtrat. polit. &c. tum* à JCtis & præſertim *Scriptoribus Iur. Publ.* vid. *Limn. I. P. l.3. c.2. à num. 13. ad n.51. cum additionibus.* Ubi plerique alii nominantur. Addendus etiam eſt *Conringius in diſſertatione de jure majeſtatis circa ſacra.*

Officia ſubditorum p.646. rectius ita ſignantur, quod debeant ſummæ poteſtati honorem & obedientiam in faciendis, quæ vel lege vel mandato præcipiuntur. His addes amorem. Patriam enim, &, qui patriæ perſonam moralem repræſentant, Imperantes. amare omnes cives debent præ ſe ipſis.

Offi-

Officium ſubditorum inter ſe, poteſt quidem *concordiæ* vocabulo deſignari, ſed explicari debet æquabilitate juris, ſive civilitate, amore, & officioſi animi ſtudio: debet enim civis utilitates alterius civis, promovere, & quæ ad communem utilitatem faciunt, in medium conferre; Quæ res officioſi animi ſignificatione continetur.

Paginæ 648. *& ſeqq.* de *nobilitate* agunt: Vid. præter Autores hic citatos *Tiraquellum*, *Fritzium*, *Hieronymi Oſorii* de *Nobilitate* eleganti ſtylo ſcriptum libellum, & *Jacobi Typotii* eodem titulo ſcriptum opuſculum, & *Caſparum* Hertz/ de eodem argumento. Quod & *Simonius* & alii tractarunt.

Adeunda etiam ſunt *Lexica l. P. vocab.* Adel/Edelleute/Ritterſchafft/Freye Reichs Ritterſchafft/ Landſaſſen/ & Landſaſſeren.

Cætera *de nobilitate Limn.* velut in locum communem collegit *l. 6. I. P. c. 1. 2. & 3. & 4.* cum *addit. de patriciis* movetur quæſtio *p.* 651. ex qua pendet illa apud *Limnæum l. 6. c. 5.* §. 48. *an Patriciis Civitatum in Torneamentis decertare liceat?* Sicut autẽ ibi ſtatuitur differentia inter Patricios: Ita ſæpe conſuetudo & facta à jure diſcre-

diſcrepant. Ita ut difficulter impetrent Patricii, etiam quæ jure deberi ipſis creduntur.

De Ganerbinatu ad p. 652. vid. *Beſoldum in theſ.pract.voc.* Ganerben. Inprimis autem adi *Magerum de advocatia. c.15. n.36. ſeqq.* Addatur *Wehnerus in voce* Ganerben. Ubi totus tractatus de hac materia 5. capitibus diſtinctus exhibetur.

De *Doctoribus diverſarum facultatum*, ut vocantur *pag.654. & ſeqq.* non uno modo poteſt agi. Conſiderantur enim vel ut tali ſtudio dediti aut eruditi ſunt, vel ut docent, & ratione officii tractant tale aliquod ſtudiorum genus. E.G. ad rationem civis aut ſubditi non pertinet, an ſit Theologus quoad ſcientiā ſed an habeat officium Theologicum: & qualem, quoq; loco Reipub. operam præſtet. Solet alias agi de his in tractatione *de Academiis.* vid. *Limn. I.P. l.8. toto & lexica I.P.* vocabulis *Theologi,* Juriſten/ *Medici*, Aertzt/ *Philoſophi*; Addatur *Lanſii diſſertatio de Academiis.*

Quæſtiones *de præcedentia* ſæpius odioſe & otioſe, quam utiliter tractantur, cum potius id deberet quiſquam operam dare, ut ſinguli parem, ſuo quiſque loco operam Reip. præſtarent. Unde etiam

etiam ad tollendas æmulationes ambitioſas, multis in Academiis, ſicut etiam in Argentoratenſi, Profeſſores omnium Facultatum, jure, honoribus, commodis, prorſus adæquantur.

In quæſtione *de Alchymia pag. 657. ſiq.* diligenter diſtinguendum eſt inter *chymiam medicamentalem*, de quâ abſurdè quæreretur, an ſit licita? Et *Impoſturam* eorũ, qui aurum ſeſe facere poſſe ementiti ſunt. Et certe illa quæſtio de tranſmutatione metallorum, valde adhuc incerta eſt. Licet enim unum & alterum experimentum adferatur, tamen & raritas & ſuſpicio non injuſta, qua auctores de magia infamati ſunt, rem dubiam facit. Vid. omnino *Beſoldum theſ. pract. vocabulo* Alchimij.

De *gradu Doctoratus* ad nobilitatem accedente, ad *p. 661.* vid. *Limn. l. 8. c. 8. §. 98.*

Quæſtio de *comparatione Doctorum & Militum pag. 662.* ita capienda eſt, ſicut tempore *Ciceronis* quærebatur, *togata ne virtus, an armata præſtaret?* Quam quæſtionem *Cicero* ſæpe, etiam *l. 1. Offic.* attingit. Et tractatur quidẽ partim illa quæſtio coloribus Oratoriis, ut plerũq;, partim ratione philoſophica, quæ ex *Ariſt. l. 7. pol. c. 14.* deſu-

deſumi poteſt. Quia enim in rep. inſtituenda, plura ſunt referenda ad pacem, quàm ad bellum, adeo ut Spartana Reſpubl. ideo vitioſa judicetur, quia pleraque ad bellum retulit: Hinc ſatis intelligitur: Pacis artes ordinarie ſpectari: Bellum in ſubſidiario uſu eſſe.

De *ordinibus equeſtribus* ad *p. 664.* habes duos egregios libellos, *Auberti Miræi*, & *Francisci Menneniꝫ in tom. 2 Eccleſiaſtico Chronici Chronicorum*. Quibus adde *Sanſovini* nobilem de eadem re libellum Italicum & *Limn. l. 6. c. 2.*

In CAP. XX.

RUrſus, ut ſolet, horrida ſua Philoſophiâ utitur, dum *ſubditos inferiores* & *ſuperiores* vocat, inuſitatis inter eruditos & parum convenientibus appellationibus.

De *mercatura* ad *p 668. Nobilibus conceſſa aut denegata*, vide omnino *Limn. l. 6. c. 5. n. 71. & ſeqq. Cicero* quoque in *offic.* diſtinxit *mercaturam* in *honeſtiorem* & *ſordidam*, & de utraque grave judicium tulit. Plebejos quoque non accurate hic definit. Sunt autem opifices & agricolæ partes civitatis neceſſariæ, ſicut in *Politicis* tum ab *Ariſtotele*, tum ab *aliis* traditur.

In CAP. XXI.

DE *Collegiis* videatur peculiaris diſſertatio *Beſoldi, in operibus Politicis*, & *Knibſchild.* in opere *de Univerſitatibus*, tum *Gregor. Tholoſ. in Syntagm. Iur. univerſ. de Colleg.*

In CAP. XXII.

DE *Civitatibus municipalibus*, vid. omnino *Speidel. in Notab. voc.* Landſtätte.

In CAP. XXIII.

DE *Exemptione* ad *pag.* 678. vid. omnino *Vietoris diſſertatio* hic laudata, quæ extat in *Nucleo I.P.*

De *Livonia* vid. *Conringium de Finibus Imperij c.29.* & *Limn. l.1. I.P. c.9. n.20.*

De *Boruſſia* vid. *eund. Limn. l.1. c.9. n.23. & 24.* & adde *Conring. c.d.*

De *Helvetia* ad *p.* 679. vid. *Conring. de fin. Imp. c.25.* prolixe.

De *Belgio pag. ead.* vid. *Limn. l.1. c.9. n.17. ſeqq.* & *Conring. de fin. Imp. c.28.* prolixe.

De *Burgundia* ad *p.680.* i.e. de *Ducatu & Comitatu* v. *Limn. l.1. c.9. n.22.* & *l.5. c.2.* prolixe. Add. *Conring. de fin. c.12. 13. 25.*

De *Lotharingia p. ead.* vid. *Limn. l.5. c.11.*

ubi

ubi etiam habetur tenor deß Lotharingiſchen Vertrags. Inprimis *Conringius* prolixe non tantum *fines Lotharingiæ* deſcripſit, ſed de *jure ejus in Imperio* diſquiſivit *de fin. c.* 6.7.8.9.19.26.27.28.

De pleriſque quæ *pag.* 682. *& ſeqq.* dicuntur, de *Sicilia, Bononia, &c. Conring. de fin. Imperii* accuratiora habet. Et de *Sicilia* quidem *c.* 22. de *Placentia c.* 20. de *Artenſi Principe c.* 25. De *Bononia, Florentia*, *Mediolano, Luca, Sena, Venetiis. c.* 23. *Limn.* quoq; tetigit de *Florentia l.* 1. *c.* 9. De *Mediolano n.* 54. De *Luca. n.* 53. De *Senis, n.* 63. De *Venetiis, n.* 67.

Pag. 585. Rurſus merito vapulat *Otto* cenſurâ *Limn.* de *Genuenſibus p.* 786. vid. *Limn. l.* 1. *c.* 9. *n.* 33. & præſertim *Conring. de fin. Imper. c.* 23.

Diluta ſunt, quæ *p. ead. & ſeq.* De *Gallorum Rege* adferuntur. Extat apud *Grammond. l.* 1. *in Anno hujus ſec.* 15. ſumma libri *de Regum & principum Poteſtate mediata, aut immediata.* Ubi *Regibus & Principibus Chriſtianis, excepto Gallo & Venetis aſſignatur ſuus auctor*: Res curioſa & multiplici conſideratione digna. Cætera videri poſſunt in *Notitia Franciæ Limnæi.* Improprie admodum *privilegio exempti* di-

cuntur *reges Hiſpaniæ & alij.* Longe rectius *Bodinus* de his *loco citato* agit. *Quomodo* alias *Rex Hiſpaniæ ſit Imperii Vaſallus;* vid.apud *Conring de Fin.c.23. p.511.* & adde mox notas *Limn.p.606.*

Aliena ſunt,quæ hodie ex *Gilkemio* adferuntur contra abſolutam poteſtatem Regis Angliæ. Veriora *Gentilis* tradidit in *Advocatione Hiſpanica* hic laudata.

De *Hungaria p. ead.* quando fuerit Imperio ſubjecta, & quando deſierit eſſe ſub Imperio, vid. *Conring. de Fin.c.17.* Apud *eundem c.*18.& præſertim 19. vid.quomodo *Polonia* ſibi Regium titulum ſumpſerit & Imperio ſubtraxerit. De *Dania,* quæ binis vicibus Imperio Germanico fuerit obnoxia, & Imperii tamen pars eſſe deſierit, egit *Conring. de fin. præſertim c.14.& 15.*

Incaute & falſo *p.691.* dicitur, *omnes à Iuriſdictione Imperii exemptiones nullas eſſe.* Contrarium docuit *Grot.I.B.l.2.c.4.§.11.* Diſputatq; de illa quæſtione *Vaſq.in Controv illuſtr.l.1.c.2.*vid.præſertim *n.14.*

In CAP. XXIV.

INuſitata eſt rurſus Philoſophia, diſtinguere hic finem *abſolutum* & *eminentiorem.*

rem. Ea enim quæ mox ſubjiciuntur, longe meliori contextu à Politicis & Juris publici Scriptoribus conſeruntur.

Academiarum enumeratio *p. 694. ſeqq.* non eſt accurata, ſicut & *Limn.* monuit *p. 698.*

Quæ in *ſeqq.* de *Academiis* traduntur, quod non ſint accurata, facile apparebit, ſi quis conferat *Limn. l. 8. toto & Middendorpium* præcipuum *de Academiis* Scriptorem, quem non debuit *Otto* prætermittere.

Quæſtio *p. 699.* propoſita vix hodie poteſt agitari: dum pleriq; omnes Principes, qui Academias habent, ſuis legibus iſta diſponunt, neq; dubitationi locum relinquunt.

Pag. 701. De *Privilegiis Studioſorum* longe accuratius tractavit *Limn. 1. P. l. 8. c. 9. toto.* Limitantur auté iſta jure Principum, quorum ſunt Academiæ; omniaq; ejusmodi privilegia interpretanda ſunt, quatenus ſtare poſſunt ſalvis regalibus Principis; Aut quatenus Princeps regalibus ſuis utens non intercedit.

Quod *p. 703.* De *inventione Typographiæ* annotat, parum accuratum eſt. Vindicavit quidem eam laudem Moguntiæ

etiam nuper *Bernhardus à Mallinkrot* edito peculiari opuſcùlo de hac re. Sed Argentorato deberi hoc decus, argumentis omni exceptione majoribus oſtenſum eſt in *Germanico Tractatu* Anno hujus ſeculi 40. edito von der Erfindung der Buchtruckerey. Pertinet huc etiam *Mejeri* libellus *de veris Inventis Germaniæ* & *Beſoldi de Bombardis & Typographia.*

Pag. 704. *& ſeqq.* Tractat de cura religionis in quantum ad ſummam poteſtatem civilem pertinet. Qua de re aliàs Politici etiam agunt, & dictum eſt aliquid ad *Lipſii l.*4. *Pol. c.*2.3. *&* 4. & ad *Cellarii l.* 2, *c.* 14. *Gerhardus* diligenter illas quæſtiones tractavit in loco *de Magiſtratu Politico, & Miniſterio Eccleſiaſtico.* Non opus eſt igitur hic aliquid addere uſque ad *p.*716.

De *Calvinianis* quæ movetur quæſtio, illà pag: deciſa eſt in *Inſtrum. Pac. artic.* 7. Ubi *Pax religionis illis etiam prodeſſe jubetur, qui Reformati vocantur.*

De *Pace Religionis* non tantum *Siringius ſive Sprengerus* egit in *diſſertatione* illa, quæ in *Nucleo I. P.* habetur, ſed etiam *Chriſtophorus Lehmannus* collegit *acta & varias diſputationes de Pace religionis* peculiari opere edito. *Impe-*

*Imperatoris jus majeſtatis politicum p.*720. non ſatis accurate dicitur. Et ſemper impingitur ad illud, quaſi Imperator ſolus omnia jura majeſtatis poſſideret.

De *Statu Reip.* turbato in fine mentionem tantum fecit *Author*: Nihil autem vel de exemplis, vel de ratione mediorum addidit. Niſi quod quæſtio illa tangitur, *an ſubditi Magiſtratui in religionem ſævienti, vim armatam poßint opponere?* De qua videndus *Gerhardus.* Nulla autem fit hic applicatio ad Statum Imperii Germanici, ubi hæc quæſtio valde diſtincte tractanda eſt.

FINIS.

Juris Publici Germa-nici

Conſiderantur I. NOMEN. II. RES. III. SUBSIDIA ſive AUXILIA. IV. DISCIPLINA & MAGISTRI, Et quidem

I. NOMEN. cujus occurit

1. *Deſcriptio Iuſtinianea*: Jus publicum eſt; quod ad ſtatum rei (Romanæ, Germanicæ ſpectat. ſeu, quo Reipublicæ deſcriptio continetur. ſeu quo ſtatus Reip. deſignatur.

2. *Acceptio varia*. nam & *vulgo* pro notitia Reipublicæ Germanicæ ſumitur, & accuratius notat id, quod in explicatione REI continetur.

3. *Æquipollentia vocabula*, ut quidem habentur (vere enim æſtimantibus pleraque non videbuntur ταυτοδύναμα). in inſcriptionibus operum e g. de *Iurisdictione* Romani Imperii. de Conſtitutione ReipublicæRomano-Germanicæ. de regimine ſeculari & Eccleſiaſtico &c.

II. RES. Qua continentur;

A

1. *Iuris nomine proprie venientia, Lex Publica Scripta*, 2. per *Traditionem* recepta. 3. *Praxi & conſuetudine* (durch Reichs herkommen) ſtabilita. Quæ omnia ſpectantur 4. in *argumentis & materiis I. P. ſingularibus*. Et quidem

1. *Iuris ſcripti nomine proprie venientia.* quæ ſpectantur vel tempore ſive ævo

1. *Antiquo.* ubi nulla *ſcriptura formalis* ſupereſt. niſi quod per argumenta legum *Hiſtoria vetus* Taciti, Plinii, Strabonis, Cæſaris ſincerius; *nova* ſecurius quædam colligit, ſicut patet apud *Goldaſtum* à Tuiſcone uſque ordientem in *Conſtitutionibus*.

2. *Medio*, quod à Caroli M. ævo inchoandum eſt. Ubi occurrit

A B C

1. Codex

A B C

1. *Codex LL. Antiquarum* à Lindenbrogio editus.
2. *Conſtitutionum Tomi*, Goldaſti operâ. ut & Reichs-Satzungen *ejusdem.*
3. In ſingularia opera aut ſyllogas *non conductæ leges, ſed in variis monumentis diſperſa.* Ubi notandum aliquid
   1. De κρίσει, qua hic opus eſt. Neque enim, etiam formali ſcripturâ apud *Goldaſtum* producta omnia ſunt genuina: multo minus, quæ apud *Bzovium*, & alios exhibentur. Criſis illa potiſſimùm expeditur
      1. *Collatione hiſtoriæ conſentientis aut diſcordantis.*
      2. *moribus & uſu ævi.*
      3. *phraſi & ſtilo ſeculi.*

A B C D

A B C D

2. De *ſpeciminibus* hujus laboris. e g. *Reineccii, Miræi, &c.*

3. De *requirendis & edendis variis diplomatibus* ad leges Germanicas aut deſcriptioné ſtatus pertinentibus.

4. De artificio *eruendi ex jure vere G. rmanico privato*, quæ ad jus publicum pertinent: ex intellectis ſcilicet penetratisq; nomotheticæ prudentiæ rationibus.

3. *Noviſſimo.* Quod exordiri [illegible] Carolo IV. ratio eſt. At[illegible] hic diſtinguere debemu[illegible] Jura publica.

A B

A B

1. ratione *Satus,* quo pertinent

1. Antiquior tempore, *Aurea Bulla*, in quam extant *Gerlaci Buxtorfii* celebratus mira auctoritate commentarius *in VII. Capita*, cum repetitione Synoptica *Quirini Cubachii*; *Arumæi*, *Rumelini*, *Dieterici*, *Limnæi* curæ.

2. Copioſiores momentis, totum ſcilicet Statum complexis (cum Electores potiſſimum, ſpectet Aurea Bulla) *Capitulationes*, in quibus *Carpzovij Legem Regiam*, & *Annotamenta Limnæi* habemus. Huc valde prope accedit *Inſtrumentum Pacis*, quod tamen nunc ad ſequens membrum referemus.

2. ratione *Securitatis*. cujus generis ſunt

A B E

A B E

1. Conſtitutiones de *Pace publica* (Landfriden) quod argumentum tractavit commentario ad pragmaticam auctoritatem celebrato *Andreas Gailius*.

2. *Inſtrumentum Pacis.* in quod deſideratur commentarius hiſtoriam, & rationes conſultantium decernentiumq; complexus. Atque huc referri poteſt

3. *Pax Religionis*, cujus *Acta* collegit *Lehmannus* peculiari opere. In Nucleo Juris Publici extat & *Diſſertatio Petri Syringi* (qui aliàs *Iuſtus Sprengerus*) de hoc argumento. Contra hoc Palladium Pacis *Dillingenſia*, & Jeſuitarum alii ſub nomine *Franciſci Burcardi in Autonomia*. Sicut Inſtrumento Pacis opponitur *Innocentij X. Pont. Max. Bulla*; ac quam Vindiciæ *Ludovici de Monteſperato*, (fict. nom.) & *Io. Hornbeck*. Cujus generis

A B E

ſun

A B E

ſunt etiam, quæ adverſus *Erneſtum de Euſebiis*, *Eubulus*, (Conringius) *Dorſcheus*, *Caramuel* & alii ſcripſerunt, atque illi invicem replicuerunt.

3. Ratione *Politiæ*. Huc referimus *Omnes reliquos Imperii Receſſus*. quorum hiſtoriam, & ex ea *conſiderationem nomotheticam* extare; publice intereſſet. Magnam hic partem occupant

1. *ad Ius dicendum pertinentia*, ſive *iurisdictionem* ſpectantia, ut

1. *Nemeſis Carolina*.

2. *Ordinatio Cameralis*, ſæpius deſcripta: donec ad noviſſimam formulam perventum eſt. In hanc noti labores *Denaiſii*, *Rhodingii*, *Mindani*.

A B F G

A B F G

3. Reichs Hoffraths-Ord-
nung. apud Goldaſt in
Reichs Satz. Huc per-
tinet Wehneri commen-
tar. von alt. vnd neuer
Hoffgerichts-Ordnung.

4. Rothweiliſche Gerichts-
Ordnung. ap. *Limnæum.*
Iterum *Wehnerus* von der
Rothweiliſchen Hoffge-
richts-Ordnung / aucto-
ritate omnes præcellit.

5. *Ius militare*, Reuter Recht
illuſtratione digniſſima
legislatio; & multum
Germanici moris nec
omnibus obvii comple-
xa.

2. *ad diſciplinam reipublicæ &*
civium, utilitatesque alias
ſpectantia. Qualia conti-
nentur conſtitution. der
Policey-Ordnung / & paſ-
ſim ſunt Receſſibus inſer-
ta.

A B

2. P

A B

2. Per *Traditionem recepta.* ubi quæritur

1. *an* talia in Jure publico occurrant

2. *quæ illa ſint*, ſive quibus capitibus contineantur: nemini adhuc perfecta quæſtio. e.g. *de Imperatore non alio, quàm Germanicæ nationis eligendo. de non alienandis Imperii partibus ante Capitulationes* &c.

3. *Praxi & conſuetudine vigorem juris adepta.* Materia de qua in Theſi ex privato iure multa: in *hypotheſi* juris publici, plerumq; nondum ſatis excuſſa.

4. *Argumenta ſingularia* conſiderantur

1. ratione *membrorum Imperii*, quæ ſpectantur iterum vel ratione

1. *perſonarum*, ut

1. *Imperator*, de quo antiquiora & ad periodum noviſſiam non pertinentia, tradiderunt varii, *Iul. Caſ. Bulengerus in noto & magno opere, Iac. Gutherius de Officiis Domus Auguſtæ* &c.

H I K 2. Or-

AHIK

2. *Ordines*, qui ſunt vel

1. *Electores*, de quibus agitur

1. *ut de univerſis* ſive *ut colle-gio.* ubi libri de *Origine Electo-rum*, apud Goldaſtum in Politicis Imperialibus, *Conring. de Septemviris.* Præter *Syſtematicos* autem Limnæum, Arumæum, *&c.* nemo argumentum nobile erudita tractatione abſolvit.

2. *Ut de ſingulis*, cum *reſpectu Officiorum.* ex. gr. de *Archicancellariis Bernard. Mallinkrok* *Territoriorum* ſcil. *Archiepiſcopatuum*, *Pricipatuum*,

2. *Principes*, qui differunt

1. *Dignitatum titulis.* e.g. Archiduces, Duces, &c. Epiſcopi &c.

AHILM

2. F

A H I L M

2. *Familiis*, quæ ſingulæ noſcendæ
tum *ex generalibus deſcriptionibus genealogicis*, e.g. *Albizii*, *Reuſneri*, &c. it. *Chytræi Chronico inſertis* &c. *Bucelino*
tum *ex propriis operibus*, ex. gr. *Reineccii Originibus Brandenburgicis*, *Fabricii Saxonicis* &c quo pertinent *Tabulæ æneæ* recentiores & accuratiores, Stam̃bäume.

3. *Civitates Imperiales*. De quibus *Knipſchild*, multa ex *Bruningio* deſcribens.

4. *Nobiles*. ubi *Caſpar à Lerch* præfertur.

2. *Locorum*, per *Circulos*. Quo refertur materia de
Matricula Imperii
1. *varia*
2. *authentica*
3. *emendanda Oelhafii Templum Pacis*. ubi quod de *denario communi* (gemeinen Pfenning) habet, multis obſtaculis præpeditur. 3. *In-*

A H I

AHI

3. *Iurium.* quorum conſiderati
eſt

1. *Generalis*, quod alia ſint 1. *i*
praxi, vel *obſoleta.* 2. alia
ac *indubi t*, vel *controverſa.*
ſus vel *aperte controverſa*, v
mutuas art s diſſimul ta. E.
an inter obſoleta jura ref
dum ſit illud, von den R
Vögten und Reichs-Schu
ſen. de quo *Tractatus nu*
Controverſi juris grande
pl m, *cauſa Donavverdica*, u
lebris illa Donawertiſche
mation aliaque reciprocata
pta.

2. *Specialis.* ubi jura ſpectant
1 vel in *Subjectis*, ut in
1. *Imperatore*, cujus *jura*
tur vel
1. *Explicita.* ut
1. in *nomotheticis*

AH NOPQ

AHNOPQ

1. *falſo jactata* e. g. *Magiſtratus conſtituere, legatos mittere, fœdera ferire, ſalvum conductum dare, jus Archivi, jus mulctarum & confiſcationis*, &c. quæ Statibus quoque competere, *Beſoldus de Regalibus*, & alii fateri coguntur.

2 *Vera & certa.* *Nobilitatem majorem minoremq; dare* (ubi de *Magni Ducis Florentiæ titulo*, nobilis, & tandem Imperatoris auctoritati non indecora contentio: *Academias inſtituere*, de quibus *Lanſii tumultuaria diſſertatio*; *Middendorpius* &c.

2. in *jure dicendo*, ſive *juriſdictione*. quæ res ſecure & de plano tractari ſolet, at ſi quis ad principia veræ politicæ velit exigere, nodi tantum non Gordii reſtant.

AHNOP

AHNOP

2. *Implicita* : quæ vocabulo
vatorum der Keyſerlichen R
ten, per artem politicam c
dere ſolent. Ubi quæſtio
1. fruſtra, quamuis inſt
in Concilio Monaſte
agitata, *quæ ſint iſta?*
probentur?

2. *Ordinibus* ſiue *Statibus*
1. vt ſunt *Ordines*
2. vt ſunt in *certo Collegio Or*
ex.gr. jura Electoria, Pri
lia, &c.
3. vt ſunt *ſinguli*. Huc priu
ſingulorum pertinent.
4. Ut ſunt ex certa *Familia*.
Betſius de pactis illuſtriu
miliarum. Huc pertinet
ſio in Familiis: ex.gr. Electo
Engelbrecht.

2. vel in *objectis*. Talia ſunt e.g.

AH

A H

1. *Iura Aduocatiæ.* De quibus *Mageri* opus inter nova induſtriæ ſpecimina eſſe poteſt. NB. Facile expeditur hoc jus, quotiens Tabulæ claris diſertisque verbis deſcriptæ adſunt. At vbi, ſolo *protectoris nomine*, & quodam *non ſemper æquabili vſu* res geritur, infinitæ ſubſunt tricæ. Puto exempla recentia eſſe.

2. *Iura Præcedentiæ*. Hunc locum plerique externis replent. Et licet ad theſin excurrere liceat, quam *Ferdinandus Vaſquius in proœmio Controverſiarum Illuſtrium* fuſe, concifius *Freinshemius* tractauit *cap.* 2. *de Præcedentia Electorum & Cardinaliū*: propria tamen non alia ſunt principia, quam

1. *lex ſcripta* e.g. in A.B.
2. *Praxis & conſuetudo.* quo referri poſſunt
3. *Præjudicia.* Q. *an vnum, in actu & loco ſolenni?*

2. *Ratione actionum publicarum.* Reichs-handlungen, quales e.g. ſunt

1. Comi-

A

1. *Comitia, Diætæ,* Wahltäg/ Collegialtäg/ Kreyßtäg/ Deputationstäg / de quibus præcellit *Commentarius Arumæi ,Bern Bertram*, Grundfäſte &c.

2. *Expeditio Romana* , cuius antiquitas monumentis parum genuinis traditur.

3. *Torneamenta*, quæ vocant, quorum

   1. Hiſtoria ratione

      originis NB. Thurnierbüch/ & judicium de eo.

      numeri & frequentationis.

   2. *Vſus in republica.*

III. *SVBSIDIA* ſeu *Auxilia*, quæ ſunt vel

1. *Neceſſitatis*, ut

   1. *Cognitio Politices interior & ſolida* cuius magnum deliquium occurrit in ſcriptoribus Juris Publici omnia confundentibus, e.g.

A R S

1. in *quaſtione Capitali* de *ſtatu ſiue forma Imperii noſtri*, ubi ſimplicium & mixtarum formarum profunda ignoratio in *Reinkingio* & aliis.

2. in Q. an *ſit Imperium Romano Germanicũ vna Reſpublica*, an *corpus ex pluribus confœderatum*. Poſterius vix audent dicere: prius ingentibus incommodis urgetur, ſi politica vocabula non abuſive & vulgariter, ſed proprie & accurate capere velis.

3. in Q. an *Iura Maieſtatis Ordinibus ſiue Statibus competant?* Vbi mira ἀπαιδευσία in varie definiendis Regalibus, & diſtinguendis; in vocibus mutandis, in contradictionibus non euitandis.

2. *Cognitio penitior Hiſtoriæ Germanicæ*, ex fontibus requirenda, quam viam monſtrarunt

A R

A R

1. *Schardi[illegible]s, quatuor tomis rerum Germani[illegible]arum.*
2. *Piſt[illegible]rius tribus tomis*
3. *Vrſtiſius vn.*
4. *Reuberus, vno tom̃o.*
5. *Freberus tribus.*
6. *Actorum publicorum Scriptores, Goldaſtus* (Reichs-handlungen) *Hortlederus ſuperioris ſaculi actis, Lundorpius huius ſaculi &c.* & ſimilia opera.

2. *Commoditatis & ornamenti,* qualia ſunt e.g.

1. *Metaphyſicæ cognitio.* Huius enim imperitia ſemper tenet dubios. e.g. in conſenſu Ordinum ad νομοθεσίαν concurrente, inſtrumentalis ille ſit ſ. conſiliarius, an principalis? & qua efficientiâ? de *Majeſtate & partibus ejus* ſ. *juribus majeſtatis,* quæ nonnulli per imperitiam huius philoſophiæ dixere *adjuncta majeſtatis, conſequentia, effecta.* &c.

A T

2. Ce-

A T

2. *Cognitio Hiſtoriæ omnigenâ*, inprimis *vicinarum & earum gentium, quarum res olim fuerunt cum Germanicis permixtæ*, e g.

rerum Gallicarum; ubi Tomi V. *Andreæ & Franciſci Du Cheſne*.

rerum Italicarum, ubi *Sigonii* opera, &c.

rerum Belgicarum

rerum Hungaricarum.

3. *Cognitio Iuris publici aliarum gentium Europæarum*, quod ſpectauit in *Notitia Franciæ Limnæus*, neſcio an feliciter, &c.

IV. *Diſciplina* Juris Publici, contingit

1. *Auditu*, multa requirendo à peritis & audiendo, præſertim in Comitiis, & tritura Aularum Curiarumque.

2. *Tractatu negotiorum Imperii*.

3. *Lectu* librorum, qui ſunt vel

1. *Iſagogici*. e.g. *Lehmanni Chronicon Spirenſe* poteſt eſſe loco Iſagogicæ inſtitutionis ad Jus Publicum.

2. *Syſtematici*, & *Hypomnematici*, qui tractant vel

1. *Totum Ius Publicum*, idque vel

   1. *Synopticè*, ut *Daniel Otto* libro multis vitiis laborante: *[illegible]kerus Ottone* doctior, & lõge melior utroq; *Lampadius*.

   2. *Exegetice*, omnium præſidiorum, de quibus dictum, inops *Reinkingius* judicio & grauitate præſtans *Paurmeiſterus*, collectionis ubertate affluens *Arumæus*: diligentia copiaque eximius *Limnæus*, & obſervationum cura laudandus *Schutzius*.

VX

V X

2. *Partes*, *& ſingularia argumenta*, quales in *Nucleo Iuris Publici* diſſertationes exhibentur *de Contributionibus Klockius.* de *Aduocatia armata Magerus*,&c. Late patet hic locus.

3. *Lexicographi*, *Wehneri Obſervationes*, *Beſoldi Theſaurus Practicus*, *Speidelii Speculum* ſeu *Notabilia*.

DE SCRIPTORIBUS Juris Publici præcipuis conſignatio.

PRimam claſſem conſtituemus eorum,

Qui per epitomen, & in brevi compendio jus publicum tradere aggreſſi ſunt.

Inter hos *Iacobi Lampadij de Rep. Rom. Germ.* extat Libellus: Eruditus ſane, & qui audet vulgares ſententias examinare, refutare, & deſerere. Adjunxit enim ſolidioris Philoſophiæ ſubſidium: qua qui imbutus eſt, rectiſſime fecerit, ſi hinc potiſſimum ſtudium juris publici auſpicetur. Non tamen in omnibus exactiora tradidit, ſicut fere fieri ſolet in illis, quæ inchoantur, neque eadem opera perficiuntur. *Conringius* igitur *Animadverſiones* quaſdam in illud opuſculum dictavit, quæ jam in plurium manibus verſantur; Eſt ergò hic *Lampady* libellus, qui à nemine contemni poteſt, qui intelligit.

Danielis Ottonis diſſertatio de Iur. Publ.

qualis ſit, per partes oſtenſum eſt. Eſt & *Ioh Theod. Sprengeri Synopſis Iur. Publ. Anno huius ſeculi 52. edita*: Quæ multorum applauſu ſuſcepta eſt, neque ſane ſpernenda eſt huius viri opera in hoc conciſo ſcribendi genere, A vulgi tamen erroribus vix abit. Neque tam accurate res examinat, quam diligenter colligit.

Inter Pontificios *Beckerus, Coloniæ Epitomen jur. publ.* haud ita pridem edidit. Quæ multos jam nacta eſt laudatores; Sed primo conſtare debet: à Pontificiis vix ſinceram ſperari aut haberi poſſe hanc diſciplinam. Quod in hoc quoque libello paſſim obſervare licet in iis, ubi partibus ſtudet, & hypotheſes non ferendas ſequitur. Præfert de cætero aliquam ſcribendi gravitatem.

Nicolai Myleri Conſilarii Wirtenbergici libellus *de Principibus Imperij Romani*, non fraudandus eſt ſua laude, ſed totius juris publici argumentum non exhaurit.

Ante annos complures, hoc ſæculo tamen, *D. Ioachimus Clutenius Profeſſor huius Academiæ* edidit *Syllogen Rerum Quotidianarum.* Quo titulo juris publ. epitomen ſignare voluit; Qui liber magno applau-

ſu

ſu per Germaniam ubique acceptus eſt, & *Nucleo Iuris Publici* inſertus.

Brautlachtii etiam libellus *de hoc argumento* multis in uſu & deliciis eſſe cœpit; Sed ſtudio partium non vacat.

Ii, qui ſyſtema juris publici maiuſculum ſcripſerunt.

INter hos nemo præferendus eſt *Tobiæ Paurmeiſtero*, cujus extat opus *libris duobus* diſtinctum, *de Iurisdictione Imperii Rom.* Hunc enim titulum magis ex conſuetudine quorundam ita loquentium, quam ex argumenti conditione impoſuit. Laudatur in hoc viro experientia rerum Imperii, nec fruſtra: Gravitas quoque judicii non deeſt. Sed Philoſophiæ accuratioris rationes non ſequitur. Ita ſubinde cum vulgo loquitur, etiam ubi periculum non abeſt; Neque errores vulgares ubique ſubterfugere potuit. In ſyſtematibus tamen non eſt, quo malis uti. Quanquam pleriq; *Theod. Reinkingk* malunt verſare; Qui ſub Titulo *Regiminis ſæcularis & Eccleſiaſtici* jus publicũ exequitur. Placuit vulgo, oſtentatione quadam multæ lectionis, præſertim juridicæ & novitate quadam methodi. Sed nævi

ſunt operis non ferendi. 1. Nimium ſtudium partium & manifeſta aſſentatio in magnum veritatis, rerum, & libertatis Germanicæ præjudicium. 2. Philoſophiæ imperitiam nimis quam aperte ubique prodit, & non ferendos errores ſubinde admittit. 3. Reipubl. veteris & novæ faciem ubique confundere, ſive inter artes, ſive inter mores ipſi fuit. Unde etiam 4. Hiſtoriam non ita tractaſſe animadvertitur, ſicut debet tractare is, qui rempubl. ſuam noſſe, & ſcribendo juvare & ornare cupit.

Ii, qui ad ſyſtematis ſcriptionem putantur accedere, nec tamen revera ſyſtema compoſuerunt.

DUos hic inprimis nominare debemus, qui ſtudioſis juris publ. tanquam Principes commendantur.

Primus eſt *Petrus de Andlo* Alſaticæ nobilitatis decus; *Canonicus Colmarienſis, & Decretorum Doctor.* Cujus extant libri duo *de Imperio Romano*, Regis & Auguſti creatione, inauguratione, adminiſtratione, officio & poteſtate Electorum, aliisque Imperii partibus, juribus, ri-

bu-

bus & ceremoniis. Sæpius editum eſt id opuſculum, & probatiſſimis notis *Marqu. Freheri* illuſtratum, magnamque apud omnes habet authoritatem, quantum quidem illi ſæculo convenire poteſt. Vixit enim renaſcentibus literis ſec.15.

Alter eſt *Lupoldus de Bebenburg* etiam *Decretorum Doctor* & tandem *Epiſcopus Bambergenſis*. Seculo toto antiquior eſt *Petro de Andlo*, & in tractatu *de juribus regni & Imperii Romanorum* non aliam magis Juris Publici partem exequitur, quam quæ de translatione Imperii & Juribus Imperatoris agit. Auctoritas ejus itidem pro conditione temporis magna eſt. Extant & in hunc *Marq. Freheri* notæ poſthumæ à *Berneggero* editæ, cum ipſo *Lupoldo* anno 1624.

Ii, qui per modum collectionis hiſtoricæ authoritatem aliquam in Jur. Publ. nacti ſunt.

HIc memoranda eſt *Franciſci Irenici Exegeſis rerum Germanicarum*. Quæ multa authoritate in argumentis J.P. convaluit. Claruit Maximiliano Imperante. opus eius dodecim libris cõprehenſum, prodiit

prodiit primum *Hagenoæ*. vid. *Gerh. Ioh. Voſ. de Hiſt. Lat. l. 3, c. 10. p* 651.

Huius loci eſt etiam *Marſilii Patavini defenſor Pacis*, qui tamen Jura Imperatoris potiſſimum aſſerit, *editio ſæpe repetita*.

Lehmanni Chronicon Spirenſe inter ea eſt monumenta, quæ Juris Publ. ſtudium feliciter auſpicaturo commendari debent. Plus enim quam titulus promittit, præſtat, & res Imperii ab alto repetit, atque memorabilibus excerptis illuſtrat. Sæpe etiam fontes ipſos priorum temporum tangit. Oratio quoque Germanica elegans eſt; & quæ multum proſit rerum noſtrarum ſtudioſo.

Illi, qui Jus Pub. maioribus operibus excoluerunt, totum ſc.

NEminem hic ante *Ioh. Limnæum* jure laudaveris. Ille enim in *tomis Iuris Publici* diligentiſſime collegit pleraque, & in *tomis Additionum* ſupplevit. Libertas ejus ſtudio partium vacua magnopere commendari meretur. In Philoſophia quando diſputatio ſubtilior incidit, non ſemper adeo accuratus eſt. Interim, ſicut dictum eſt, nemo ei in hoc genere jure anteponi queat.

Pro-

Proxima ſunt *Volumina Iuris Publici ſ. Dominici Arumæi* Ubi multa tamen reperies de plano arrepta, aut partium ſtudio imbuta, aut confuſe tradita; juverit propterea cum Limnæo conferre, & ex illa collatione rei ipſius genium dijudicare.

Tertium in præcipuis operibus eſt *Collegium Publicum de Statu Rei Rom. Iuſti Sivold. cognomento* Schützen/ *duobus voluminibus* comprehenſum. Multa inſunt egregie collecta, partim etiam obſervata & diſquiſita. Quoniam tamen ipſi Reſpondentes manum interdum admoverunt operi; ideo inſunt aliqua eius generis, qualia in aliis quoque Scriptoribus Juris Publ. notari ſolent.

De Aurea Bulla.

DE hac ſcripſerunt, præter Authores Syſtematum, & operum jur. Publ. integrorum, *Gerlacus Buxtorff. in capita 17. priora.* Cuius comentarius mirum quantum authoritatis vulgo obtinuit.

Extat & *Dominici Arumæi commentarius in A. B.*

Et *Rumelini*

Nunc etiam ſub prælo eſt *Limnæi commentarius in A.B.* apud *hæredes Sporianos.*

Extant & quædam ad partes A. B. Ita *Marq. Freher.* & *Chriſtoph. Gevvoldus* illud caput A. B. *de tutela legitima curaq; Electorali* contrariis ſcriptis diſceptarunt. Repetita eſt *editio An.* 1657. *Norimbergæ in Repræſentatione S. Rom. Imperii.* Quo etiam retuleris *diſputationem de ſucceſſione in Electoratibus, ex jure primogenituræ, Arnoldi Engelbrechtii in Nucleo I. P. diſputat.* 18. *p.* 679.

De *Lege Regia Germanorum* extat etiam commentatio *Hortlederi* & *oratio Saxoniæ Ducis* apud *Goldaſtum, in Pol. Imper. part.* 12.

Capitulatio Imperatoria.

RUrſus ſyſtematum & majorum operum auctores hoc *cap. I. P.* exequuntur. Sed vicerunt omnium induſtriam *Benedictus Carpzovius commentario in Legem Regiam Germanorum; ſive Capitulationem Imperatoriam*: ubi multa inſunt pro libertate & juribus Ordinum cordate & graviter dicta.

Et præſertim *Limnæus*, tum in *prolegomenis ad capitulationes Cæſareas*, tum in *Annotamentis ad easdem libro ſingulari.*

De

De Pace Religionis.

IN *Nucleo Iuris Publ.* (nam ſyſtematum & operum majorum ſcriptores ſemper intelligimus etiamſi non nominemus) diſputatio ultima eſt *de Pace religionis* authore *Petro Syringo, ſeu Iuſto Sprengero*, quæ ſæpius edita, valde probatur.

Acta ipſa publica & originalia de pace religionis (ubi multa ad explicationem eius pacis ſinterpretationem pertinentia habentur) ſingulari opere conſignavit *Chriſtophorus Lehmannus*.

Pacem religionis acerbiſſime oppugnarunt *Ieſuitæ Dillingenſes* in libro cui titulus eſt *compoſitio Pacis*. Inprimis etiam virulentus liber eſt, qui ſub nomine *Franciſci Burkardi*, itidem *Ieſuitas Colonienſes* habet authores *de Autonomia*: oder von der Freyſtellung in der Religion.

De pace publica profana.

PRæter Scriptores Syſtematum primarius extat tractatus *duobus libris* comprehenſus *Andreæ Gailii*: qui plerumque ſubjungi ſolet *Obſervationibus Practicis*, Germ. der Landfrieden.

Inſtrumentum Pacis.

HOc quoque inter ſanctiones pragmaticas & leges Imperii fundamentales haberi oportet. Et ab initio quidem antequam pax coiret, multa ſunt diſputata à diverſæ religionis conſortibus; præſertim *Erneſti*, cuiusdam *de Euſebiis* (ita enim finxit nomen) *Iuditium Theologicum* pluribus ſcriptis oppugnavit *Doctor Dorſchæus.* Rurſus oppugnatus à quodam *Chriſtiano Fideli* ut ſe nominavit.

Extat etiàm *Ioh. Caramuelis* Lobkowiz *Pax licita* & oppoſitum ſcriptū *AntiCaramuel* & plura huius generis Sed factam ſemel pacem eiusque inſtrumentum interpretari non eſt privatæ authoritatis. Et quædam hactenus in Comitiis ac Conventibus ventilata, nec definita ſunt.

Bullam Pontificiam Innocentii Decimi Inſtrumento pacis oppoſitam, refutavit JCtus quidam, qui ſibi indidit titulum *Ludovici de monte Sperato*, & *Ioh. Hornbeck*, Theologus Belga in *examine Bullæ Papalis.*

Acta Publica.

PRoxima ſunt, quæ *Actorum Publicorum* authoritatem habent; & in iis leges & conſuetudines Imperii.

Ita extant *Tomi Conſtitutionum Collectarum à Melchiore Goldaſto.* Ut & tom der Reichsſatzungen.

Quod ſi à temporibus Caroli M. & ultra repetere velis, multum huc faciet *Codex Legum Antiquarum Lindenbrogii.* Prodeſt enim in Germanica Republ: viventibus, ſcire, quid quoque tempore de unaquaque re Gentes Germanicæ ſtatuerint.

Pertinet huc etiam *Rationale Conſuetudinum Goldaſti.* die Reichshandlungen *Goldaſti.*

Huius generis magna etiam pars continetur in *Politicis Imperialibus Goldaſti.*

Superioris ſeculi *Acta Publica* collegit *Hortlederus Noribergæ* recuſa *Ann. huius ſec:* 45.

Huius ſeculi acta publica *Lundorpius* collegit, & poſt eum varie varii, diverſis titulis. Huc etiam *Theatrum Europæum* aſpiravit, & nuper *Diarium Europæum.*

Cæterum multa & magna volumina de ſingulis cauſis ſeorſim edita ſunt; præſertim in rebus controverſis inter Principes.

De Imperatore.

DE Imperio & Imperatore Romano, quæ ad vetuſtiora tempora pertinent, nihil attinet hic referre; Niſi quod in tranſitu nominandus eſt *Iul. Cæſ. Bulengerus*, qui opere huius argumenti famam adeptus præ cæteris.

At recentioris uſus ſunt in *Nucleo Iur. Publ. de S. Rom. nationis Germ. Imperio diſputatio* 2. *Iuſti Gebhardi.*

De ſummi Imperatoris ſumma poteſtate Richardi Dieteri diſput. 3.

De poteſtate & Iuriſdictione Imperatoris Georgii Chriſtophori Meyfiſch diſputatio 4.

De magnitudine, antiquitate, & libertate Imperii Germanici tota pars decima Pol. Imper. Goldaſti.

De præcellentia Imp. & Imperii Germ. pars 11. *operis eiusdem.*

De majeſtate & poteſtate Monarchæ Rom. Germ. pars 13. eiusd. operis.

De tranſlatione Imperii Rom. ad Germanos pars 9. *eiusdem operis.*

Addatur *Hermanni Conringii* liber de *Imperio Germanorum Romano.*

Quantum autem poteſtas Imperatorum oppugnata eſt ambitione Ponti-

cu-

cum, & defenſa ſtudiis cordatorum Theologorum, JCtorum, Politicorum; omnia potiora ſcripta in unum opus *tribus tomis* conſtans, collegit *Goldaſtus.* Titulus eſt *monarchia S.Rom.Imperii.*

Nam quæ in ſyſtematibus & operibus ſæpius dictis habentur, ultro ſubintelliguntur.

De *Electione Imperatoris* quæque eam conſequi ſolent, multa reperies opuſcula in *Goldaſti Politicis Imperialibus part.*1.5.6. ſicut & in *tomis rerum Germanicarum Freheri & Schardii.*

De *Electione Regis Romanorum, deſignatione & jurisdictione* extant in *Nucleo Iur. Publ. diſp. Henrici Zolneri,* & in *Politicis Imper.Goldaſti pars* 2.

Sicut *pars* 3. *&* 4. *eiusdem operis de coronatione Imperatoris* agit. Qualia etiam reperias in operibus *Freheri & Schardii* modo memoratis.

De *abdicatione Imperii* agit *pars* 7. *Politicorum Imperialium.*

De *Vicariis Imperii, in Nucleo Iur. Publ.* agit *diſputatio ſexta Iuſti Sinold cognomine* Schütz. Addenda ſunt monumenta nuper literis prodita, cum controverſia agitaretur inter Electores Palatinum &

Bavaricum. Nam cætera de hac materia ſparſim aliis operibus inſerta ſunt.

De Electoribus.

PRæter Scriptores ordinarios tractavit de hac materia *Chriſtoph. Gevvoldus Iurisconſultus Bavarus* conſcripto comentario, de *S.Rom.Imperii Septemviratu.* Qui recuſus eſt in *Repræſentatione S. Rom. Imperii.*

In *Nucleo Iur. Publ. diſput.* 7. *Michaelis Schaffereri* agit *de origine & poteſtate modernorum Electorum in Imp. Rom. Germ.* Sed hi fere vulgarem viam ingrediuntur.

Diligentius in hoc argumento verſatus eſt *Hermannus Conring. diſſert. de Septemviris.*

De *Electoribus Eccleſiaſticis*, quatenus ſunt *ArchiCancellarii Imperii:* egit tractatu ſingulari *Bernhardus à Mallinkrott.*

De Rege Bohemiæ,

PRæter eos qui in generali tractatione de Electoribus hanc quoque partem executi ſunt, unicum extat monumentum magni pretii: *Goldaſti* ſc. opus *de Regno Bohemiæ.* Quod inter ſcripta *Goldaſti* haud dubie eſt præcipuum: ubi plurima & exquiſita *de Regibus & Regno Bohemiæ* conſignantur. Cæte-

Cætera in *actis publicis* fere inſerta ſunt, & in hiſtoriis. Qua occaſione inprimis commendare fas eſt *Hagecii* Bohemiſche Chronick.

De Electore Palatino.

NOtum eſt, qui authores & ubi de hoc quoque argumento ex inſtituto ſuorum operum tractent.

Inprimis autem hic commendari debet *Marquardi Freheri* nobile opus, cui titulus eſt *Origines Palatinæ*, Multum quoque illuſtrari poteſt hæc materia ex controverſia huius ſeculi in cauſa Palatina: cum Fridericus à Ferdinando II. Electoratu eſſet exutus. Prodierunt enim contraria ſcripta; contra Palatinum quidem *Nicolao Burgundio* calamum acuente: cui ab altera parte graviter reſponſum eſt. Extant monumenta typis vulgata.

De Electore Saxoniæ.

ANte omnia hic nominari debet *Saxonia illuſtrata Georgii Fabricii*, qua non hiſtoria tantum Saxonica, ſed nobilitas gentis & Electoratus, & alia ad jus publ. facientia tractantur.

De *Iure Saxonico* (vulgo Saxenrecht) Præcipuus eſt *Ioh. Gryphiander* in tractatu

de Weichbildis Saxonicis. Ubi etiam *de ſpeculo Iuris Saxonici* agitur. Vid. etiam *Beſoldi Theſ. Pract. voce* Saxenrecht. Add. etiam *Nicolai Mamerani* libellum *de Inveſtitura Regalium, Mauritio Duci Saxoniæ 24. Februar. anno 1548. facta in tom. 2. Schardii p. 1626. & ſeqq.*

De Electore Brandenburgenſi.

INprimis hic commendari debent *Reineri Reineccii Origines Brandenburgicæ cum annexis:*

Cætera ex hiſtoriis & juris publ. ſcriptoribus integrorum operum peti debent.

De Principibus, Archiducibus, Ducibus, Marchionibus, Landgrafiis.

PRæter Scriptores intelligi ſolitos, omnino vid. *Beſoldum in theſ. pract. voce* Fürſt *&c.* Et in voc. Ertzhertzog. item Hertzog. Addatur *Speidelius in Notab. iisd. vocibus.*

Et quoniam domeſtica hæc externis cognata, & olim immixta fuêre, videatur etiam *Anton. Dadini Alteſerræ de Ducibus*

& Co-

& *Comitibus provincialibus Galliæ.*

De Marchionibus, vid. *Beſoldi Theſ. pract. voce* Marggraf / & *Speidel.* voce eadem.

De *Landgraſiis* iidem videndi in voc. Landgraf.

De Comitibus & Baronibus.

DE his extat memorabilis Tractatus *Chriſtophori Beſoldi in Nucleo jur. publ.* & eſt *Diſput.* 10. Hunc enim præcipuè laudant, quando de hac materia agunt. vid. omnino *Speidel. in voc.* Graf vnd Freyherr. ut & *Beſ. Theſ. pract.* iisd. vocabulis.

Cæterum ad hunc locum multa repeti debent ex illorum ſcriptis, qui *de nobilitate eiusque origine & generibus* ſcripſerunt.

De Titulis & Honoribus.

EXtat liber Anglicus *Seldeni de Titulis honorum.* Satis ille quidem curioſus & dignus qui comparetur, ubicunque haberi poteſt.

Pertinet huc quoque *Höppingii* opus *de inſignibus.*

De Jure Præcedentiæ inter Principes.

CUrioſæ diſputationis fundamenta valde diligenter ſtruxit *Fernandus Vaſquius in præfatione l.1. controverſ. illuſtr.* ubi oſtendere conatur, Hiſpaniarum Regi primum locum deberi inter omnes Principes à *p.6 uſq; ad p.52.* hinc plerique colligunt, quæ in hac materia occurrunt: ut *Limn.l 4. l.P. c 9.& alij.*

Promiſit etiam *Dionyſius Gothofredus Theodori filius, adhuc in Galliis ſuperſtes,* ſe in *tertio tomo Ceremonialis Francici* accurate & plene adductis exemplis acturum eſſe. Duo enim *priores tomi* prodierunt. Sed qui familiarius virum norunt, hanc ſpem in deſperatis ponunt: in re præſertim tam ardua & quodammodo inexplicabili.

Curioſa quædam & ſelecta reperias in *Graſvvinckelii libello de jure præcedentiæ inter remp. Venetam & Sabaudum.*

De familiis Illuſtribus.

FAmilias Germanicorum Principum tabb. æneis exhibuit *Albizius.*

Dein-

Deinde opus Genealogicum univerſale *Eliæ Reuſneri* commendatur.

Inprimis autem copia & eruditione præcellit *Theatrum Genealogicum Henninges.*

Hiſtorici quoque paſſim inſerunt operibus ſuis multa genealogica, alii quidem liberalius, alii parcius. Ita *Pontus Heuterus l. 6. Rerum Burgundicarum* repræſentat Genealogias præcipuas aliquot familiarum ex Galliâ Francica, ac Belgica: Quæ magni æſtimantur. Sicut autem unaquæq; fere natio in Germania peculiare ſuum Chronicon habet, ita etiam de familiis Principum pleraq; inſeruntur.

Familia Auſtriaca.

HIc primo nominari debent *Origines Habsburgenſes Guillimanni & Ponti Heuteri* libellus *de Nobilitate & vetuſtate familiæ Habsburgicæ, atq; Auſtriacæ,* præmiſſus *operi rerum Auſtriacarum.*

Cuſpinianus in *Auſtria* ſua multa habet huc pertinentia.

Multa etiam huc pertinentia habentur in dem Oeſterreichiſchen Lorbeerkrantz.

Sicut autem omnes fere libri Hiſtorici, aliquid de hac familia continent; Ita

vid. quæ *Limn.1.P. l.5. c.2.* annotavit, & *in additionibus*. Nam hiſtoricos mere tales nunc non adducimus.

Familia Bavarica.

AVentino plurimum debet, ut cætera res Bavaricæ, ita etiam *Genealogia Principum Bavarorum.*

De cætero *Andreæ Brunneri Principes Bavarici* utiliter uſurpantur. *Ejusdem ſcriptoris* etiam *Annales Boici* multum huc faciunt.

Familia Brandenburgenſis.

DE hac ſupra mentio facta eſt in *Electore Brandenburgico*. Præſertim *Reineri Reineccii Origines Brandenburgicæ* celebrantur.

Et quæ *Georgius Sabinus* huc pertinentia ſcripſit.

Edita etiam eſt *Genealogia ein Stam̃baum* in ære expreſſa à *Guilhelmo Zimmerbaſio* : Cujus filius adhuc premit integrum librum, quaſi commentarium illius ſtemmatis.

Varij Scriptores Genealogici.

NUlla fere domus Principalis eſt in Germania, quæ non habeat typis expreſſum

preſſum ſuum ſtemma ſeinen abſonderli-chen Stambaum: præter laborem *Albizii*.

Sicut e.g. nuper elegantiſſime prodiit typis expreſſum *Stemma Auſtriacum*.

Item *ſtemma Palatinum*.

Et *ſtemma Saxonicum*.

Nicolaus quoque *Rittershuſius* in opere nupero *ſtemmata Principum* conſignavit.

De Nobilibus.

IN *Nucleo I.P.* extat *diſputatio XI*. de *ordine Equeſtri libero, Imperioq́; immediate ſubjecto Beſoldi.* & *XIV. de ſtatu Nobilium civili eorumq́; juribus privilegiis & immunitatibus Ioſiai Noldenii*.

De *Nobilibus* & varia eorum conſideratione etiam in politicis actum eſt.

Huc pertinent potiſſimum deß Spangenbergs Adelſpiegel;

Et *Caſpar* Lerchen *Commentarius de Germanica Nobilitate*.

De *equitibus* ſeorſim ita dictis itidem actum eſt in politicis, ubi & Scriptores nominati ſunt.

De Torneamentis oder von Turnieren.

DIligenter exequitur *Limn.l.6.c.5.* & in *additionibus*.

Inpri-

Inprimis hic ſolet laudari *Georgii Rixneri* Turnierbuch. Cui diu multum plerique tribuerunt. Sed qui nuper res Germanicas diligentius ſcrutati ſunt, animadverterunt, non eſſe tantæ authoritatis iſtum librum, ſicut antea creditum eſt; Inter quos eſt *Goldaſtus*: ipſe enim fidem hujus libri in dubium vocat in Rationali ſuo. Et ante eum *Douſa* hoc fecerat in *Annalibus Hollandicis*. Certe qui accuratius velit inquirere, multa prorſus falſa reperiet. Non tamen omnia ſunt in dubium vocanda. Licet enim hinc præſertim rationem totius certaminis cognoſcere.

Addantur *Wehnerus in Obſervationibus voce* Turnier. ut & *Beſoldus in Theſauro practico & Speidel. Notab.*

Multa quoque huius generis continet liber Gallicus, cui titulus eſt *Theatrum Honoris.*

De Inſignibus.

HOc argumentum ex Gallis exequitur, quem *Limnæus* totiens laudat in hac materia, *Moreau* vid. *l.6.I.P.c.6.*

In *Theatro Honoris* Gallico multa quoq; huc pertinentia ſunt.

Inpri-

Inprimis etiam *Hœppingius* eſt, qui *de jure inſignium* totum & nobilem tractatum ſcripſit.

Vid. *Wehnerus in Theſ. Pract. voc.* Helm und Schild ut & cæteri ſcriptores, qui *lexica Iur. Publ.* ſcripſerunt.

De Civitatibus.

IN *Nucleo I. P.* extat *Diſputatio 12.* de *Iure & Imperio Imperialium Civitatum.* Et 13. *De Iure Imp. Civitat. in immutanda religione*; Utraque *Beſoldi*; Et 15. *De variis Univerſitatum ſpeciebus earumq; juribus Henrici Bruningi.*

Pertinet huc *Conringii Diſputatio De Urbibus Germanicis.*

Præcipue autem excoluit hoc argumentũ *Knipſchildius de Civitatibus Imperii.*

Addendi ſunt *Lexicographi I. P. voce* Stätte/Reichsſtätte.

De Academiis.

AMpliſſime hanc materiam executus *Limn. toto lib. 8. I. P.*

Lanſii diſſertatio *de Academiis* cupide eſt excepta paſſim, neque tamen hactenus recuſa. Fortaſſe quia quædam effuderat, quæ nollet repetendo confirmare.

Mid-

Middendorpii opus *de Academiis* præcipuum eſt in hoc genere.

Kircheri quoque & aliorum quorundam orationes lectu non indignæ extant.

De *reformatione Academiarum Meyfardus* ſcripſit *librum Germanicum*, multa libertate, quæ odium authori apud multos conciliavit: Sed fatendum eſt vera dici: licet forte conſultius fuiſſet, Latina lingua ſcribi ea, quæ homines imperitos facile movere poſſent; ut ſtudia & Scholas odio proſequerentur.

De Comitiis.

IN *Nucleo I.P.* extat *de hac materia diſp.* 2. *Bernhardi Bertram.* quæ valde probatur.

Alias præcellit in hac materia *Arumæi* peculiare opus *de Comitiis.*

Item der teutſche Bericht / wie es auff Reichstägen pfleget herzugehen.

Comitiologia Hageni plurima animadverſione & reprehenſione digna.

Optimus autem eſt *libellus Germanicus de Comitiis*: titulo Grundfeſt deß H. Röm. Reichs.

Addi poteſt in *Nucleo Iur. Publ. Arumæi* *diſſer-*

diſſertatio 21.de ſeſſionis prærogativa. Nam Scriptores *Lexicorum I.P.* in voce Reichs-tag intelliguntur, etiamſi non nominantur.

De Camera Imperiali.

IN *Nucleo Iur. Publ.* extat *diſp.* 17. de *hoc argumento Thomæ Michaelis.*

Etiam *Ioh.Strauchii Exercitatio exoterica* 13. *De recuſatione Iudicii Cameralis*, valde utilis eſt.

Denaiſii Ordinatio Cameralis,

Et *Mindani proceſſus* libri ſunt quaſi fundamentales in hoc argumento.

Addatur *Wehnerus* cum cæteris voc. Cammergericht. Ubi etiam pleraque *de judicio Rotvvilenſi* in voc. Rotwiliſch Hoffgericht.

Wehnerum quoque *vid. in voc.* Juſtiz & Juſtizweſen. Ubi etiam aliquot JCtorum conſilia de abbreviandis litibus inſerta reperies.

Hæc in præcipuis materiis celebriora ſunt nomina.

Valde autem in ſtudio juris publici commendari debent *Gailii Obſervationes*,

ad

ad multa omnino jur. publ. argumenta pertinentes.

Mageri quoque eruditum opus de *Advocatia Armata* prorſus eſt utile in hoc ſtudiorum genere.

Nicolai Betſii commentarius de Pactis Illuſtrium Familiarum, itidem inter eximios & eruditos labores eſt.

De *jure ſuperioritatis Andream Knichen* valde probant: quanquam vulgares errores & confuſiones non effugerit. In *Nucleo* etiam I. P. plures diſputationes obviæ ſunt de talibus argumentis.

Et ſi quis ſingulorum argumentorum Scriptores exiguorumque librorum Auctores vellet colligere, Bibliothecam ferè conſtituere poſſunt.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

FINIS.